Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/lettrescommunesa01bene

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

r XII
mmune
fasc 1

ABRÉVIATIONS ET SIGLES

Abb. : abbas, tis, etc.
Administr. : administratio, nis, etc.
Affin. : affinitas, tis, etc.
An. : annus, i, etc.
Ap. *ou* apost. : apostolicus, a, etc.
Apr. : aprilis.
Archid. : archidiaconus, etc.
Archidiac. : archidiaconatus, etc.
Archid. i, is, os, : archidiaconi, is, os.
Archiep. us, i, etc. : archiepiscopus, etc.
Archiepisc. : archiepiscopatus, etc.
Archipr. : archipresbyter, etc.
Archipr. i, os, is, : archipresbyteri, etc.
Archipresb. : archipresbyteratus, etc.
Arg. : argentum, etc.
A. : *Avenionense* [regestum].
Aug. : augusti

B. M. : beata Maria.
B. m. : bonæ memoriæ
Bac. : baccalarius, ii, etc.
B., ben. ou benef. : beneficium, ii, etc

Can. : canonicus, i, etc.
Canon. : canonicatus, um, etc.
Cap. : capellanus, i, etc.
Capit. : capitulum, i, etc.
Card. : cardinalis, i, etc.
Carmel. : Carmelitæ, arum
Cassat. : cassatione.
Cist. : Cisterciensis, es.
Civ. : civilis, e, etc.
Civit. : civitas, tis, etc.
Cl. m. : claræ memoriæ.
Cler. : clericus, i, etc.
Clun. : Cluniacensis, em, etc.
Collat. : collatio, nis, etc.
Colleg. : collegiata, æ, etc.
Commens. : commensalis, em, etc.
Conj. : conjugatus, i, etc.
Consang. : consanguineus, i, etc.
Consanguin. : consanguinitas, tis, etc.
Consecrat. : consecratio, nis, etc.
Consid. : considerationi, em, etc.
Conv. : conventus, um, etc.
Convent. : conventualis, em, etc.
C. c. : cum cura.
Cur. : curia, æ, etc.

Dec. : decembris
Decr. : decretorum, is.
Def. : defunctus, i, etc.
Diac. : diaconus, i, etc.
Dign. : dignitas, tis, etc.
Dim., dimit. : dimittere.
Di. : diœcesis, im, etc.
Dispens. : dispensatio, nis.
Doct. : doctor, is, etc.

Ead., eamd., eid., etc : eadem, eamdem, eidem, etc.
Eccl. : ecclesia, æ, etc.
Ep.us, i, etc. : episcopus, i, etc.
Episc., episcop. : episcopatus, etc.
Erem. S. A. : Eremitarum sancti Augustini.
Excom. : excommunicatio, nis, etc.
Exsp. : Exspectiva, æ, etc.
Exspect. : exspectatio, nis, etc.

Famil. : familiaris, i, etc.
Feb. : februarii.
Fl. *ou* flor. : florenus, i, etc.
Fragm. : fragmentum.

Gen. : genitus, i, etc.
Gr. *ou* grat. : gratis.
Gub. : gubernari, gubernatus, a, etc.

Id. : idus, idibus.
In e. m. : In eumdem modum, *ou* eodem modo.

Jan. : januarius, ii.
J. : jus, ris, etc.
Jul. : julii.
Jun. : junii.
Jurisp. *ou* jurisper. : jurisperitus, i, etc.

Kal. : kalendas, kalendis.

Leg. : leges, legum, legibus.
L. D. : Legum doctor.
L. t. *ou* lib. tur. : librarum turonensium.
Lic. : licentiatus, i, etc.
Litt. : litteræ, arum, etc.

Mag. : magister, tri, etc.
Mand. : mandatum, i, *ou* mandatur.
March. : marchæ, marcharum.
Mart. : martii.
Matr. : matrimonium, ii, etc.
Mil. : miles, itis, etc.
Min. : minores, minorum, ibus.
Mon. : monachus, i, etc.
Monast. : monasterium, ii, etc.
Multipl. : multiplicitas, tis, etc.

Nep. : nepos, tis, etc.
Nob. : nobilis, i, etc.
Non. : nonas, nonis.
Not. : notarius, ii, etc.
Nov. : novembris.

Obit. : obitus, um, etc.
Oct. : octobris.
Ord. : ordo, nis, etc.
O. S. A. : ordinis sancti Augustini.
O. S. B. : ordinis sancti Benedicti.

P. P. : papa, æ, etc.
Par. *ou* paris. : parisiensium.
Paroch. : parochia, æ, *ou* parochialis, em, etc.
Perp. *ou* perpet. : perpetuus, a, etc.
Pert. *ou* pertin. : pertinens, tis, etc.
Phil. : philosophia, æ, etc.
Plural. : pluralitas, tis, etc.
Præb. : præbenda, æ, etc.
Præd. : prædicatores, um, etc.
Præcent. : præcentor, ris, etc.
Præm. : præmonstratensis.
Præp. : præpositus, i, etc.
Pr. : presbyter, ri, etc.
Prof. : professor, ris, etc.
Prox. : proxime, us, etc.

Quond. : quondam.

R. E. : Romana Ecclesia.
Reserv. *ou* reservat. : reservatio, nis, etc.
Resignat. : resignatio, nis, etc.
Rom. : romanus, a, etc.
Rub. : rubrica bullarum in regestis.

Sæc. ou sæcul. : sæcularis, i, etc.
S. : sanctus, a, etc.
S. S. : sancti, orum.
S. M. : Sancta Maria.
Scholast. : scholasticus, ci, etc.
Scrip. : scriptor.
Sed. : sedes, sedis, etc.
Sept. : septembris.
S.c. : sine cura.
Sol. : solidi, orum, etc.
Sterl. : sterlingorum.

T. : taxa.
Theol. : theologia, æ, etc.
Thesaur. : thesaurarius, ii, etc.
Tol. : tolosanorum (solidi).
Tur. : turonensium (lib. vel sol.)

Unc. : uncia, æ, etc.
Univ. : universa, æ, etc.
U.j. : utriusque juris.
Ut s. : ut supra. (En marge, cette indication se rapporte à la date qui précède et nullement au chiffre de la taxe).

V, placé devant un nº d'ordre, dans le IIe appendice qui suit

chaque année du bullaire indique que le document signalé par Garampi a été retrouvé et analysé par nous.

V. Vaticanum [regestum].

Vac. : vacans, tis, etc.

Vacat. : vacaturus, a, etc.

V. : vel.

V.A. : Velum Aureum.

Vent. : venturus, i, etc.

V.canc. : vicecancellarius.

*. — Astérisque placé devant le n° d'ordre d'une bulle indique que cette pièce n'a pu être entièrement analysée et que le sommaire qu'on en donne est incomplet.

VII^{xxii}.
V^{xx}.
IV^{xviii}.
Etc., etc.

Placés en marge et précédés de la lettre T., ces chiffres indiquent : celui de droite, en haut, la taxe payée (en gros tournois) pour chacune des expéditions, dont le chiffre de gauche marque le nombre.

(60 v. 40 l. t.).
(60 v. 40 flor. auri).
(20 v. 15 march. arg.).
Etc., etc.

Ces indications ou d'autres semblables, à la suite d'un nom de bénéfice, doivent se traduire ainsi : [Tale beneficium], cum cura 60 (*seu* 20), vel sine cura 40 (*seu* 15) librarum turonensium (*seu* florenorum auri, *sive* marcharum argenti), valorem annuum non excedens.

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto
28647
JUL 20 1951

BENEDICTI PP. XII

ANNI I

(1335)

LITTERAE DE PROVISIONIBUS PRAELATORUM

Datum *Avenione.*

20 jan.
(XIII kal. feb.)
Taxa VII[xxii].

1. — *Dilecto filio Petro, electo Nivernen., salutem.* Pastoralis officii debitum exigit ut inter solicitudines varias quibus assidue premimur circa statum ecclesiarum omnium solertem diligentiam adhibentes, ipsarum utilitatibus intendamus, in eo maxime ut viduatis, ne longe vacationis incommoda patiantur, de talium, celeriter, nostre operationis studio, provideatur substitutione pastorum per quorum circumspectionem providam et providentiam circumspectam eedem ecclesie, Illius cooperante clementia qui Pastorum Pastor et Rector agnoscitur, spiritualiter et temporaliter suscipiant incrementa.

Pridem siquidem, vacante ecclesia Nivernen. pro eo quod felicis recordationis Johannes papa XXII, predecessor noster, venerabilem fratrem nostrum Johannem, Atrebaten., tunc Nivernen. episcopum, licet absentem, a vinculo quo eidem Nivernen. ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de fratrum suorum sacrosancte Romane Ecclesie cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio et apostolice plenitudine potestatis absolvens, ipsum ad Atrebaten. ecclesiam tunc vacantem transtulit, preficiendo eum eidem Atrebaten. ecclesie in episcopum et pastorem; nos, postquam dignatione divina, licet insufficientibus meritis, fuimus ad apicem summi Apostolatus assumpti, cupientes eidem Nivernen. ecclesie sic vacanti de persona secundum cor nostrum ydonea providere, provisionem ipsius ecclesie ea vice dispositioni nostre duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari; et demum de provisione ipsius ecclesie Nivernen., ne prolixe vacationis subjiceretur incommodis, paternis et solicitis studiis cogitantes, ac cupientes eidem ecclesie talem preesse personam que sciret, vellet et posset eam in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post deliberationem quam ad preficiendum eidem ecclesie personam hujusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, tandem ad te, decanum ecclesie S. Quintini in Viromandia, Noviomen. diocesis, in subdiaconatus ordine constitutum, litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, prudentia

Datum *Avenione.*

spiritualium et temporalium providentia circumspectum aliisque grandium virtutum meritis, prout ex testimoniis fidedignis accepimus, insignitum, convertimus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditatione discussis, de persona tua eidem Nivernen. ecclesie, de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod eadem Nivernen. ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur et salubria suscipiet incrementa. Jugum itaque Domini tuis impositum humeris suscipiens reverenter, et suavi ejus oneri humiliter colla subdens, sic ejusdem Nivernen. ecclesie solicitam curam geras, gregem dominicum in ea tibi commissum doctrina verbi et operis informando, quod dicta Nivernen. ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus lacius diffundatur, tuque proinde retributionis eterne premium ac nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, XIII kal. februarii, anno primo.

In eundem modum, dilectis filiis capitulo ecclesie Nivernen., salutem. Pastoralis officii etc., *usque* suscipiet incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis ilariter et efficaciter adimplere curetis; ita quod mutuo inter vos et ipsum spirituale possit habundare gaudium et prosperitatis optate consurgere incrementum; alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

In eundem modum, dilectis filiis clero civitatis et diocesis Nivernen., salutem. Pastoralis officii *etc., usque* suscipiet incrementa. Quocirca *etc., ut in proxima superiori que dirigitur capitulo usque in finem.* Datum ut supra.

In eundem modum, dilectis filiis populo civitatis et diocesis Nivernen., salutem. Pastoralis officii *etc., usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eundem electum, tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote ac debita honorificentia prosequentes, ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos subsequenter in eo patrem invenisse benevolum gaudeatis. Datum ut supra.

In eundem modum, dilectis filiis universis vassallis ecclesie Nivernen., salutem. Pastoralis officii *etc., usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eumdem electum debita honorificentia prosequentes et fidelitatem solitam, nec non consueta servitia ac jura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis; alioquin sententiam sive penam quam idem electus spiritualiter et temporaliter rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

In eundem modum, ven. fratri . . archiepiscopo Senonen., salutem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Pridem siquidem vacante *etc., usque* suscipiet incrementa. Cum igitur eidem electo, ut in commissa sibi ecclesie predicte cura facilius proficere valeat, tuus favor esse noscatur

Datum *Avenione*.

plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eundem electum et commissam sibi prefatam Nivernen. ecclesiam metropolitico tibi jure subjectam habens pro nostra et sedis apostolice reverentia commendatos, in ampliandis et observandis juribus suis sic eum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi ecclesie predicte regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac nostram et apostolice sedis benivolentiam exinde valeas ulterius promereri. Datum ut supra.

In eumdem modum, Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri, salutem. In amore virtutum et operibus caritatis decet celsitudinem regiam haberi continue studiosam, maxime cum in hiis tibi proculdubio retributionis eterne bravium, humane laudis preconium acquiratur. Pridem siquidem ecclesia Nivernen. *etc.*, *usque* curam et administrationem ipsius sibi plenarie committendo, in illo *etc.*, *usque* suscipiet incrementa. Quocirca quia igitur, fili carissime, virtutis opus esse dinoscitur personas ecclesiasticas et presertim dignitatis titulis insignitas favore prosequi, eosque verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eundem Petrum electum dictamque Nivernen. ecclesiam sue cure commissam habens pro divina et apostolice sedis reverentia propensius commendatos, dicto electo circa recuperanda, manutenenda et amplianda bona et jura prefate ecclesie te liberalem exhibeas et in cunctis oportunitatibus gratiosum, ita quod idem electus, regii favoris fultus presidio, in commissa predicte ecclesie sibi cura possit assidue pro Deo propicio prosperari, ac tibi exinde a retributore bonorum omnium perennis vite premium rependatur et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum ut supra. (*A.* 48, f. 34; *V.* 119, n. 9.)

11 (III id.) *jan.* T. Vxx.

2. — Confirmatio promotionis *Roberti*, prioris prioratus de Radolio, Clun. ord., Melden. di., ad abbatiam monast. S. Launomari Blesen., O. S. B., Carnoten. di., per obit. Guillelmi apud Sed. Ap., mediante reservatione, vac., per Joannem P. P. XXII factæ IX kal. nov. prox. praet., non obst. quod idem Robertus dicti Clun. ord. professor existat. — In e. m. conventui, univ. vassallis monast. S. Launomari; ep.o Carnoten.; Philippo regi Franciae. (*A.* 48, f. 35; *V.* 119, n. 11.)

13 (id.) *jan.*

3. — Confirmatio promotionis *Guillelmi*, olim abb. monast. Fossænovæ, Cist. ord., Terracinen. di., per Joannem P. P. XXII factæ (II kal. sept., an. XVIII) ad abbatiam monast. Belliloci, dicti ord., Ruthenen. di., per promotionem Arnaldi ad abbatiam monast. Fontisfrigidi, ejusdem ord., Narbonen. di., apud Sed. Ap., prævia generali reservatione, vac. — In e. m. conv. monast. Belliloci; abb. monast. Clarævallis, Lingonen. di. (*A.* 48, f. 449; *V.* 120, n. 6.)

19 jan. (XIV kal. feb.)

4. — *Fernandus*, a Joanne P. P. XXII de Giennen. eccl. translatus confirmatur Pacen. episcopus, post translationem Joannis ad Giennen. eccl. — In e. m. capit. eccl. Pacen.; clero, populo civit. et di.; archiep.o Compostellan.; Alfonso regi Castellæ et Legionis. (*V.* 120, n. 8.)

Ut. s.

5. — *Joannes*, de Pacen. eccl. translatus a Joanne P. P. XXII (IX kal. novemb., an. XIX) confirmatur episcopus Giennen., post translationem Fernandi ad eccl. Pacen.— In e. m. capit. Giennen.; clero, populo civit. et di.; univ. vassallis eccl. Giennen.; archiep.o Toletano; Alfonso regi Castellæ et Legionis. (*V.* 120, n. 7.)

27 jan. (VI kal. feb.) T. XXIIII.

6. — Promotio *Raymundi*, decani eccl. Belvacen., ad episc. Morinen. per translat. Joannis ad archiepisc. Remen. vac., a Joanne P. P. XXII facta, perinde valere debet ac si in litteris desuper expeditis per errorem expressum non fuisset quod ipse Raymundus subdiac. existeret, quamvis foret, prout est, in minoribus ordinibus constitutus. (*A.* 48, f. 35; *V.* 119, n. 10.)

Datum *Avenione*.

8 (VI id.) *feb.* T. III[XVII].

7. — Promotio *Pontii*, prioris claustralis monast. Bolbonae, Cist. ord., Mirapiscen. di., ad abbatiam Locidei, dicti ord., Ruthenen. di., per translationem Arnaldi ad abbatiam Salvanesii, ejusd. ord., Vabren. di., vacantem. — In e. m. conv. monast. Locidei; abb. monast. de Dalono, Cistercien. ord., Lemovicen. di., qui monast. Locidei pater abbas existit. (*A.* 48, f. 249 v°; *V.* 119, n. 458.)

3 (V non.) *mart.* T. IV[XVI].

8. — Promotio *Bartholomæi*, monachi, olim prioris claustralis monast. S. Trinitatis Militen., ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Nicolai vac., prævia confirmatione electionis ipsius favore factæ. — In e. m. conv. et universis vassallis ejusd. monast.; Roberto regi Siciliæ. (*A.* 48, f. 114; *V.* 119, n. 178.)

29 mart. (IV kal. apr.)

9. — *Guillelmus*, archid. Nicien., præficitur eccl. Nicien. per obit. Raymundi vacanti. — In e. m. capitulo eccl. Nicien.; clero et populo civit. et di.; universis vassallis eccl. Nicien.; archiep.o Ebredunen.; Roberto regi Siciliæ. (*V.* 120, n. 11.)

14 (II id.) *maii.*

10. — *Bertrando, patriarchæ Aquilejen.*, conceditur ut possit providere hac vice abbatiæ monast. S. M. de Sumaga, O. S. B., Concordien. di., in provincia Aquilejen., per obitum Branchæ abb. vacanti. (*V.* 120, n. 10.)

15 (id.) *maii.*

11. — *Thomas de Audo* præficitur abbatiæ S. Walerici supra mare, O. S. B., Ambianen. di., per obitum Joannis vacanti; cassatur electio Goberti de Sarens per conv. hujus monasterii facta et per Guillelmum, ep.um Sabinen., et Petrum, Sanctæ Praxedis, ac Joannem, S. Theodori cardinales examinata. — In e. m. convent. et universis vassallis monast. S. Walerici; Philippo regi Franciæ. (*V.* 120, n. 9.)

Ut s. — T. VII[XXII].

12. — Promotio *Philippi*, archid. Remen., ad episc. Catalaunen., per obit. Simonis apud S. Ap., mediante reservatione, vacantem, prævia cassatione electionis ipsius favore per capitulum concorditer (post tamen dictam reservationem) factæ, ac confirmationis ejusdem electionis. — In e. m. capitulo dict. eccl.; clero, populo civit. et di.; universis vassallis eccl. ejusd.; archiep.o Remen.; Philippo regi Franciæ illustri. — (*A.* 48, f. 236; *V.* 119, n. 431.)

17 maii. (XVI kal. jun.) T. IV[XVI].

13. — Promotio *Girberti*, abb. monast. S. Ægidii, O. S. B., Nemausen. di., ad abbatiam S. Victoris Massilien., ad Rom. Eccl. nullo med. pertin., ejusd. ord., per promotionem Raterii ad abbatiam Moisiacen., Clun. ord., Caturcen. di., apud S. Ap., prævia generali reservatione, vacantem. — In e m. conv. et universis vassallis monast. S. Victoris; Roberto regi Siciliæ. (*A.* 48, f. 234; *V.* 119, n. 428.)

Ut s.

14. — *Raymundus*, præp. de Ravato, O. S. B., Appamiarum di., præficitur abbatiæ monast. S. Martini de Canigone, O. S. B., Elnen. di., post cessionem Berengarii de Columbario. — In e. m. conv. et univ. vassallis dicti monast.; regi Majoricarum. (*V.* 120, n. 12.)

20 maii. (XIII kal. jun.)

15. — *Helias*, abb. monast. S. Maxentii, O. S. B., Pictavien. di., præficitur abbatiæ S. Florentii Salmurien., O. S. B., Andegaven. di., vacanti per obitum Bertrandi et cessionem Gaufridi, prioris prioratus de Diogillo, dicti ord., Parisien. di., per formam compromissi in abbatem primum electi, postea vero — facta ab Helia de Monteberulfi, de Culturis, et Geraldo de Monteberulfi, de Rupefulcaudi (Pictavien. et Engolismen. di.) et a certis aliis prioratuum eidem monast. subjectorum prioribus et monachis, appellatione ad sedem apostolicam, eo quod ad dictam electionem minime fuerant requisiti — libere renuntiantis. — In e. m. conv. et universis vassallis dicti monast. S. Florentii; ep.o Andegaven.; Philippo regi Franciæ. (*V.* 120, n. 13.)

14 jun. (XVIII kal. jul.)

16. — *Jacobus*, sacerdos, scholasticus Tullen., P. P. cap., fit ep.us Brixien. post obitum Tiberii. — In e. m. capit. et universis vassallis eccl. Brixien.; clero, populo civit. et di.; archiep.o Mediolanen. (*V.* 120, n. 14.)

Ut s. — T. V[XXIV].

17. — Promotio *Gotii*, præcentoris eccl. Carpentor., P. P. cap., ad patriarchatum Constantinopolitan., cui eccl. Nigroponten. unita est, per obit. cardinalis vac. — In

Datum *Avenione.*

e. m. capit. eccl. Constantin.; clero, populo civit. et di.; universis vassallis, universis suffraganeis eccl. Constant.; Francisco Dandulo, duci Venetiarum. (*A.* 48, f. 259; *V.* 119, n. 479.)

Ut s. — T. Vxxii.

18. — Translatio *Hugonis,* ep.i Justinopolitan., ad episcop. Mazarien., per translat. Ferrarii ad episcop. Barchinonen. vac. — In e. m. capit. eccl. Mazarien.; clero, populo civit. et di.; universis vassallis dictæ eccl. (*A.* 48, f. 262 v°; *V.* 119, n. 484.)

Ut s.

19. — *Bertrandus,* prior claustralis monast. S. Ægidii, O. S. B., Nemausen. di., fit abbas ejusd. monast. post promotionem Girberti ad abbatiam S. Victoris Massilien., ejusd. ord. — In e. m. conv. et universis vassallis monast. S. Ægidii; Philippo regi Francorum. (*V.* 120, n. 15.)

Ut s. — T. XXXII.

20. — *Martinus,* mon. et prior claustralis monast. S. Galgani, ord. Cist., Vulteran. di., præficitur abbatiæ monast. Fossænovæ, ejusd. ord., Terracinen. di., per translationem Guillelmi ad abbatiam Belliloci, dicti ord., Ruthenen. di., a Joan. P. P. XXII factam, vacanti. — In e. m. conv. monast. Fossænovæ; abb. monast. Altæcumbæ, ejusd. ord., Gebennen. di. (*V.* 119, n. 837.)

5 (III non.) *jul.* T. XLVIII.

21. — *Petro,* patriarchæ Hierosolymitan., commendatur eccl. Nimocien. : attento quod ecclesia Hierosolymitana, jam a centum annis et amplius ab inimicis Crucis Christi conculcata, est ab universis suis redditibus spoliata, quodque residui patriarchales redditus in Cypro et citra mare, non valentes annuatim 1.700 florenos auri, non sufficiunt ad statum patriarchalem sustinendum; non obstante revocatione omnium commendarum nuper facta. — In e. m. capit. Nimocien. (*V.* 119, n. 655.)

9 (VII id.) *jul.*

22. — *Hugo,* mon. monast. S. Petri de Generosio, O. S. B., Tarvien. di., per compromissum electus post mortem Joannis, confirmatur abbas dicti monasterii. — In e. m. conv. et universis vassallis dicti monast. (*V.* 120, n. 16.)

10 (VI id.) *jul.* T. IVxviii.

23. — Confirmatio electionis per conventum monast. S. Germani de Pratis prope Parisios, ad Rom. Eccl. nullo medio pertinentis, O. S. B., celebratæ favore *Joannis,* tunc præpositi de Antoigniaco, dicti ord., Parisien. di., eidem monast. subjecti, et promotio ipsius Joannis ad abbatiam monast. præfati, per obitum Petri vacantem; sequuntur testimoniales benedictionis eidem per Joannem, ep.um Portuen., impensæ. — In e. m. conv. et universis vassallis monast. S. Germani; Philippo regi Franciæ. (*A.* 48, f. 339; *V.* 119, n. 643.)

Apud *Pontem Sorgiæ.*

14 (II id.) *jul.* T. VIIxxviii.

24. — Confirmatio electionis *Petri,* archipr. de Sancta Maura in eccl. Turonen., ad archiepisc. ejusdem eccl., per obitum Stephani vacantis; cum testimonialibus consecrationis per Joan., ep.um Portuen., impensæ et assignatione pallei. — In e. m. capitulo eccl. Turonen.; clero et populo civit. et di.; universis vassallis eccl. Turonen.; universis suffraganeis; Philippo regi Franciæ. (*A.* 48, f. 312 v°; *V.* 119, n. 583.)

Datum *Avenione.*

11 (V id.) *oct.*

25. — *Willelmus* fit abb. monast. S. Edmundi de Bury, ad R. E. nullo med. pertin., O. S. B., Norwicen. di., post obitum Ricardi. — In e. m. priori et conv. monast. S. Edmundi de Bury; clero villæ S. Edmundi de Bury dicto monast. subjectæ; universis vassallis ejusdem monast.; Eduardo regi Angliæ. (*V.* 120, n. 17; Rymer, *Foed.* IV (I ed.), p. 672; Bliss, *Pap. lett.* II, p. 523.)

13 (III id.) *oct.* T. VIIxx.

26. — *Joannes Gasqui,* can. Aquen., fit ep.us Massilien. post obitum Joannis; cum cassatione electionis ipsius favore factæ per capit. dictæ ecclesiæ. — In e. m. capi-

Datum *Avenione.*

tulo eccl. Massilien.; clero et populo civitatis et di.; universis vassallis dict. eccl.; archiep.o Arelaten.; Roberto regi Siciliæ. (*V.* 119, n. 814.)

25 oct. (VIII kal. nov.)

27. — *Bricius*, mon. SS. Apost. Petri et Pauli de Claweoys, O. S. A., Clochoren. di., fit abb. monast. SS. Apost. Petri et Pauli Armachan., ejusd. ord., post obitum Odonis, consid. conventus monach. dicti monast., qui dictum Britium quasi per inspirationem elegerunt. — In e. m. conv. monast. SS. Apost. Petri et Pauli Armachan.; et archiep.o Armachan. (*V.* 120, n. 5; Theiner, *Mon. Hib.*, n. 530.)

3 (III non.) *nov.*

28. — Confirmatio electionis (per viam scrutinii factæ a saniore et majore parte monachorum) *Petri*, mon. monast. Solemniacen., O. S. B., Lemovicen. di., lic. in decr., ad abbatiam hujus monasterii, post obitum Archambaldi; nonobstante appellatione ex frivolibus causis ad Sed. Apost. directa a Geraldo Bernardi, ejusd. monast. monacho. — In e. m. conv. et universis vassallis dicti monast.; ep.o Lemovicen.; Philippo regi Franciæ. (*V.* 120, n. 19.)

22 nov. (X kal. dec.)

29. — *Simon*, jam a majore et saniore parte monachorum electus, fit abb. monast. SS. Petri et Pauli de Brumie, O. S. A., Lincolnien. di.; non obstante oppositione Thomæ Waka, domini de Lidel, militis dictæ di., qui se patronum monast. antedicti asserebat : audita prius Gaucelmi, ep.i Albanen., hac de re relatione. — In e. m. conv. dicti monast.; ep.o Lincolnien.; Eduardo regi Angliæ. (*V.* 120, n. 118; Bliss, *Pap. lett.* II, p. 523.)

4 (II non.) *dec.* Gr. pro card.

30. — *Mathæo*, SS. Joannis et Pauli pr. card., committitur regimen et administratio eccl. S. Laurentii in Damaso de Urbe, proprio cardinali carentis. (*V.* 119, n. 952.)

BENEDICTI XII

DE OFFICIIS CURIAE

AN. I (1335)

---

9 (V id.) *jan.* T. XVI.

31. — *Benedictus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro Petro Rotgerii, canonico Mirapiscen., capellano nostro, salutem et apostolicam benedictionem.* — Litterarum scientia, vite munditia et alia tue probitatis merita nota nobis per familiarem experientiam nos inducunt ut personam tuam speciali gratia prosequentes congruis honoribus attollamus. Nuper siquidem, volentes ut in effectu perciperes quod suggerit nostre mentis affectus, XI kal. januarii proximo preteritis (*sic*) ante coronationis nostre solemnia, te in capellanum nostrum commensalem recepimus et capellanorum nostrorum commensalium consortio duximus aggregandum, intendentes quod favoris apostolici presidio potiaris, sicque tu per hoc de bono in melius studiis virtutum intendas,

Datum *Avenione.*

quod merito ad faciendum tibi ampliorem gratiam invitemur. Verum, ne sub eo pretextu quod presentes littere confecte non sunt sub data predicti diei, videlicet XI kal. januarii precedentis coronationis et benedictionis nostre solemnia, ante que in Romanos electi pontifices non consueverunt integra bulla uti, aliquod tibi in hujusmodi gratia prejudicium generetur, volumus et apostolica auctoritate decernimus quod ipsa gratia a predicto die, videlicet XI kal. januarii, robur solide firmitatis obtineat et perinde effectum plenum et debitum sorciatur ac si hujusmodi nostre littere sub ipsius diei data confecte fuissent, quodque littere predicte ad probandum gratiam antedictam ubique sufficiant, nec probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre receptionis, aggregationis, voluntatis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenione, V idus januarii, anno primo. (*A.* 48, ff. 33, 353; *V.* 119, n. 1; 130, n. 1.)

9 (V id.) *jan.* T. XVI. — **32.** — *Mag. Joannes de Coiordano*, rector eccl. de Antiochia, Mirapiscen. di., fit P. P. capellanus. (*A.* 48, ff. 33, 353; *V.* 119, n. 3; 130, n. 3.)

Ut s. — T. XVI; gr. — **33.** — *Mag. Gotius de Arimino*, U. J. prof., can. Ravennaten., fit P. P. capellanus. (*A.* 48, ff. 33, 353; *V.* 119, n. 2; 130, n. 2.)

Ut s. — **34.** — *Guillelmus Bidosii*, Appamiarum di., fit serviens armorum Sedis ap. (*V.* 120, n. 151; 130, n. 61.)

Ut s. — **35.** — *Gentilis de Macerata* fit serviens armorum Sedis apost.; similiter, *Joannes Vincentii*, Tullen. di. (*V.* 120, n. 152, 153 et t. 130, n. 62, 63.)

12 (II id.) *jan.* — **36.** — *Arnaldus*, dominus de Euseria, miles Lodoven., deputatur marescallus curiæ Romanæ usque ad unum annum. (*V.* 120, n. 149; 130, n. 55.)

Ut s. — **36a.** — *Mag. Joannes de Coiordano*, rector eccl. de Antiochia, Mirapiscen. di., P. P. cap., fit P. P. thesaurarius. (*V.* 130, f. 45 v°, n. 280.)

15 jan. (XVIII kal. feb.) — **37.** — *Petrus, ep.us Aurasicen.*, deputatur rector comitatus Venaissini. — In e. m. universis prælatis, clero et populo dicti comitatus. (*V.* 130, f. 2, n. 5, 6.)

24 jan. (IX kal. feb.) — **37a.** — *Mag. Raymundus Audeberti*, J. Civ. professor, deputatur judex curiæ nob. Arnaldi, dom. de Euseria, Lodoven. di., Romanæ curiæ marescalli. (*V.* 120, n. 150; 130, n. 56.)

1 (kal.) *feb.* — **37b.** — *Mag. Carolus de Madelbertis de Cremona*, J. civ. prof., constituitur advocatus Sedis apost., et apud Sedem ipsam fiscalium necnon et criminalium causarum, quæ per appellationes ad eamdem Sedem deferuntur, auditor generalis. (*V.* 130, f. 6, n. 50.)

17 feb. (XIII kal. mart.) — **38.** — *Rostagnus Bruni*, civis Aurasicen., jurisperitus, deputatur judex causarum criminalium curiæ nob. Arnaldi, dom. de Euseria, Romanæ curiæ marescalli. (*V.* 130, f. 8 v°, n. 65.)

20 mart. (XIII kal. apr.) — **38a.** — *Jacobus de Aquis*, can. Viennen., L. D., fit P. P. capellanus. (*V.* 120, n. 154.)

27 mart. (VI kal. apr.) — **39.** — *Bernardus de Canniassio*, archid. Lomberien. in eccl. Albien., fit P. P. cap. (*V.* 120, n. 34 et 147; 130, n. 124.

3 (III non.) *apr.* — **39a.** — *Mag. Guillelmus Audeberti*, can. Petragoricen., deputatur usque ad P. P. beneplacitum in spiritualibus et temporalibus eccl. Avenionen. vicarius generalis. — In e. m. clero et populo civit. et di. Avenion. (*V.* 130, f. 24, n. 132, 133.)

12 (II id.) *apr.* — **40.** — *Raimundus de Appamiis* fit serviens armorum Sed. Apost. (*A.* 48, f. 166 v°; *V.* 119, n. 271.)

7 (non.) *maii.* — **40a.** — *Mag. Ludovicus de Petragrossa*, archipr. Vivarien., constituitur P. P. et Eccl. Romanæ generalis procurator. (*V.* 130, f. 39, n. 184.)

Datum *Avenione.*

18 maii. (xv kal. jun.) T. XVI, XVIII.

41. — Subrogatio *mag. Petri de Lalo,* clerici Caturcen. di., in locum quond. Michaelis Sancii de Urito, alias dicti Cantoris Pampilonen., olim scriptoris pænitentiariæ Apost.; consid. Gaucelmi, ep.i Albanen., cujus capellanus est.— In e. m. dicto Albanen. ep.o (*A.* 48, f. 209 v°; *V.* 119, n. 378.)

26 jun. (vi kal. jul.)

42. — *Rogerius de Montealto,* civis Appamiarum, fit serviens armorum Sed. Apost. (V. 120, n. 148; 130, n. 348.)

Apud *Pontem Sorgiæ.*

23 aug. (x kal. sept.)

42ᵃ. — *Mag. Bernardus de Albia,* decanus Belvacen., fit capell. commensalis et subdiac. P. P. (*V.* 130, f. 89, n. 501.)

1 (kal.) *sept.*

43. — Similiter *Bernardus Francisci* de Senis. (*V.* 120, n. 155; 130, n. 502.)

Datum *Avenione.*

3 (iii non.) *dec.*

43ᵃ. — *Mag. Guillelmus Lombardi,* can. Mirapiscen., deputatur usque ad P. P. beneplacitum officialis Avenionen. (*V.* 130, f. 136 v°, n. 701.)

BENEDICTI XII

DE BENEFICIIS VACANTIBUS

AN. I (1335)

9 (v id.) *jan.*

44. — *Dilecto filio magistro Gotio de Arimino, canonico Ravennaten., utriusque juris professori, capellano et familiari nostro, salutem,* etc. Dum litterarum scientiam, morum elegantiam, vite honestatem et alia tue laudanda merita probitatis, que nobis longeva familiaris experientia nota fecit, diligenter attendimus, dumque grata et accepta tue devotionis et sinceritatis obsequia, que nobis etiam antequam ad apostolatus apicem vocaremur, transactis temporibus fideliter et utiliter impendisti et adhuc impendere solicite non desistis, debita consideratione pensamus, dignum et congruum reputamus ut personam tuam apostolice sedis graciosa vicissitudine prosequamur.

Cum itaque canonicatus et prebenda ac precentoria ecclesie Carpentoraten., quos dilectus filius Petrus, electus Albien., canonicus et precentor ipsius ecclesie Carpentoraten., tempore promotionis pridem facte de ipso ad Albien. ecclesiam tunc monasterii, in dicta Carpentoracen. ecclesia obtinebat, sicut adhuc obtinet, per munus consecrationis suscipiende ab eo, sperentur in proximo vacaturi, nos, volentes tibi, premissorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem, canonicatum et

Datum *Avenione.*

prebendam ac precentoriam predictos, cum ipsos per hujusmodi consecrationem vel quemvis alium modum, preterquam per obitum ipsius Petri, vacare continget, cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis collationi apostolice, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate petitionis instantiam, sed de mera liberalitate nostra conferendos tibi hac vice specialiter reservamus; districte inhibentes venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis capitulo Carpentoraten., seu illi vel illis ad quem vel ad quos canonicatus et prebende ac precentorie predictorum collatio, provisio, vel quevis alia dispositio pertineret, conjunctim vel divisim, ne de illis cum vacabunt, ut premittitur, disponere quoquomodo presumant; ac decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Carpentoraten. contrariis, juramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqui, apostolica vel alia quavis auctoritate, in eadem ecclesia in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant; seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis, ac dignitatibus, vel personatibus, seu officiis in dicta Carpentoraten. ecclesia speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales nostras vel predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum aut legatorum dicte Sedis litteras impetrarint; etiamsi per eas ad hinhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dictorum canonicatus et prebende ac precentorie te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem canonicatuum et prebendarum, dignitatum, personatuum et officiorum ac beneficiorum aliorum prejudicium generari; seu si eisdem episcopo et capitulo, vel quibusvis aliis, conjunctim vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli non possint; quodque de canonicatibus, prebendis, ac dignitatibus, personatibus vel officiis ejusdem ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Carpentoraten. solitum juramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes. Nulli ergo, etc. nostre reservationis, inhibitionis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, v idus januarii, anno primo. — *In eundem modum .. Abbati monasterii de sancto Egidio, Nemausen. diocesis, et magistro Petro Rogerii, Mirapiscen., capellano nostro, et Arnaldo de Verdala, Narbonen. canonicis ecclesiarum, salutem,* etc. Dum litterarum scientiam etc., usque illud prestet. Quocirca mandamus quatinus, vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, predictos canonicatum et prebendam ac precentoriam per nos ut predicitur reservatos, cum illos, ut prefertur, vacare contigerit, eidem magistro Gotio, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate nostra conferre et assignare curetis; inducentes eum vel procuratorem predictum pro eo in illorum ac jurium et pertinentiarum ipsorum corporalem possessionem et deffendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore; ac facientes ipsum vel dictum procuratorem, ipsius nomine, ad eandem prebendam in dicta ecclesia

Datum *Avenione.*

Carpentoraten. in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine juris canonici assignatis. et ad precentoriam ipsam, ut est moris, admitti, sibique de ipsorum canonicatus et prebende ac precentorie fructibus, redditibus et proventibus, juribus et obventibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis; seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta Sede indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores auctoritate nostra, etc. Datum ut supra. (*V.* 120, n. 22.)

9 (v id.) *jan.*

45. — *Galhardo, s. Luciæ in Silice diac. card.*, conferuntur canon. et præb. eccl. Burgen. ac archidiac. c. c. Vallispositæ in ead. eccl., necnon præstimonia et præstimoniales portiones, per consecrat. Gallardi, electi Vasaten., vacat.; cum dispens. super multiplicit. benef. — In e. m. ep.o Vasaten., et Calaguritan., ac Gamagen. Vasaten. archid.is. (*V.* 120, n. 70.)

Ut s.
Gr. pro card.

46. — Gratia exsp. decanatus etiam curati eccl. Compostellan., ac benef. et præstimoniorum in dicta eccl., vel civit. et di. Compostellan., per assecut. a Galhardo, s. Luciæ in Silice diac. card., faciendam de archidiac. Vallispositæ in eccl. Burgen. vacat., pro *Petro, s. Praxedis pr. card.*; cum dispens. super plural. benef. — In e. m. Legionen. et Burgen. decanis, ac archid. de Coronato Compostellan. (*A.* 48, f. 53; *V.* 119, n. 40.)

Ut s.

47. — *Mathæo, ss. Joannis et Pauli pr. card.*, confertur prioratus eccl. de Fraga, Ilerden. di., per consecrat. Ferrarii, electi Ilerden., vacat. — In e. m. ep.o Barchinonen., et archid. de Silva Gerunden., ac mag. Rolando de Scarampis, can. Laudunen., P. P. cap. (*V.* 120, n. 23.)

Ut s.

48. — *Petro, s. Martini in Montibus pr. card.*, conferuntur canon. et præb. eccl. Melden., per consecrat. Joannis, electi Melden., vacat.; cum dispens. super multipl. benef. — In e. m. abb. s. Faronis extra muros Melden., et mag. Joanni de Sinemuro, præp. de Belligneyo, Eduen., P. P. cap., ac cantori Suessionen. (*V.* 120, n. 28.)

Ut s.

49. — *Eidem card.* conferuntur canon. et præb. eccl. Parisien., per consecrat. Raymundi Saqueti, electi Morinen., vacat.; cum dispens. super multipl. benef. — In e. m. abb. s. Genovefæ Parisien., et mag. Joanni de Firmitate, decano Trecen., P. P. cap., ac Joanni de Cona, archid. de Tardano Suessionen. (*V.* 120, n. 29.)

Ut s.

50. — *Guillelmo, ep.o Sabinen.*, confertur prioratus sæcul. et non colleg. eccl. s. Petri de Stello, alias de Palhatia, Uticen. di., qui nec dignitas, nec personatus existit, per obit. Guillelmi, s. Cyriaci in Thermis pr. card., apud Sed. Apost. defuncti, vac. — In e. m. ep.o Aurasicen., et præp. Avenion., ac scholast. Tullen. (*V.* 120, n. 30.)

10 (IV id.) *jan.*

51. — *Abb. Lesaten., Riven. di., et Viviano de Gramonte, Aquen., ac Petro de Bloyaco, Burdegalen. canonicis*, mand. ut Raymundo Flori, cler. Burdegalen., Talayrandi, s. Petri ad Vincula pr. card., famil., conferant paroch. eccl. de Bayalonque, Aquen. di., per obit. Heliæ de Serre vac. (*V.* 120, n. 78.)

Ut s.
Gr. pro card.

52. — *Talayrando, s. Petri ad Vincula pr. card.*, confertur prioratus sæc. et non colleg. eccl. de Biole, Caturcen. di., per obit. Petri de Savinhaco, Sed. Apost. cap., vac. — In e. m. ep.o Tutellen., et abb. Lesaten., Riven. di., ac archid. Bragayriaci in eccl. Petragoricen. (*A.* 48, f. 96; *V.* 119, n. 139.)

Ut s.

53. — *Petro de Pratis*, Petri, ep.i Prænestini, nep., archid. de Riperia in eccl. Convenarum, præp. Barchinonen., Caturcen. et ejusd. Barchinonen. eccl. can., ecclesiarum ruralium de Alfato et de Villarassa unitarum, Carcassonen. di., rectori, confer-

Datum *Avenione.*

tur præb. vac. in eccl. Convenarum, in qua præbendarum distinctio non habetur. — In e. m. abb. Montisolivi, Carcassonen. di., et Petro de Talliata, ac Oliverio Agasse, Carnoten. et Compostellan. canonicis. (*V.* 120, n. 90.)

10 (IV id.) *jan.* **54.** — *Bernardo de Sargis*, lic. in leg., Raymundi, s. Mariæ Novæ diac. card., germano, Ambianen. cancellario, Eboracen. et Agennen. can., confertur archidiac. Fenolhedesii in eccl. Narbonen., per consecrat. Petri, electi Albien., vac. vel vacat.; prioratum autem sæcul. eccl. s. Radegundis Pictavien. dim. tenetur. — In e. m. abb. monast. de Quadraginta, Narbonen. di., et Bernardo Vaquerii, archid. Gamagen. Vasaten., ac thesaur. Suessionen. (*V.* 120, n. 31.)

Ut s. **55.** — *Gaucelmo Joannis*, bac. in leg., in sexto anno lecturæ suæ existenti, conferuntur canon. et præb. eccl. Parisien., per consecrat. Petri, electi Albien., vacat. — In e. m. Parisien. et Melden. archid.is, ac Benedicto Joannis, can. Remen. (*V.* 120, n. 32.)

Ut s. T. X ½, XII ½. **56.** — *Jacobo, s. Georgii ad V. A. diac. card.*, facultas conferendi hac vice singulis personis idoneis singulas eccl. et capellas eccl. S. M. in Transtiberim de Urbe (quam in commendam a Sede Apost. obtinet) subjectas, ad ejus collat. ratione dictæ commendæ spectantes (20 flor. auri), et propter diutinam vacationem Sed. Apost. collat. devolutas. (*A.* 48, f. 152; *V.* 119, n. 270.)

13 (id.) *jan.* **57.** — *Petro, s. Clementis pr. card.*, conferuntur canon. et præb. ac decanatus eccl. Anicien. (qui decanatus in ipsa eccl. major dignitas post episcopalem existit), per uxorationem Leutaudi de Solemniaco vacat.; obtentu præp. et XI canonicorum dictæ eccl. Sequitur dispens. super pluralit. benef. — In e. m. præp. s. Mariæ Cracovien., et magistris Reginaldo de Maigniaco, Claromonten., ac Duranto de s. Salvatore, Valentinen. canonicis, P. P. capellanis. (*V.* 120, n. 65.)

16 jan. (XVII kal. feb.) **58.** — *Petro Kiereti*, nato Hugonis Kiereti, mil., conferuntur canon. et præb. eccl. Ambianen., per obit. Thomæ de Sabaudia, P. P. cap., apud Sed. Ap. defuncti, vac. — In e. m. s. Martini ad Gemellos Ambianen., et s. Petri Corbeien., Ambianen. di., abbatibus, ac mag. Jacobo de Mutina, can. Cameracen., P. P. cap. (*V.* 120, n. 67.)

19 jan. (XIV kal. feb.) **59.** — *Jacobo de Broa*, P. P. famil., qui, ante promotionem P. P. ad regimen universalis Eccl., obsequiis ejus institit et adhuc insistit, conferuntur canon. et præb. eccl. Bituricen., per obit. Gencelini de Cassaneis, P. P. famil. et Apost. palatii causarum auditoris, apud Sed. Apost. defuncti, vac. — In e. m. magistris Gotio de Arimino, Ravennaten., et Petro Rogerii, Mirapiscen., P. P. capellanis, ac Arnaldo de Verdala, Narbonen. canonicis. (*V.* 120, n. 21.)

Ut s. **60.** — *Joanni de Coiordano*, bac. in decr., P. P. cap. et famil., conferuntur canon. et præb. eccl. Biterren., eadem de causa vac. — In e. m. de Monteolivo et de s. Ægidio, Carcassonen. et Nemausen. di., monast. abbatibus, ac mag. Petro Rogerii, can. Mirapiscen., P. P. cap. (*V.* 120, n. 27.)

Ut s. **61.** — *Arnaldo Isarni*, P. P. famil., conferuntur canon. et præb. eccl. Lodoven., simili causa vac. — In e. m. sacristæ Lodoven., et Gotio de Arimino, Ravennaten., ac Petro Rogerii, Mirapiscen. canonicis. (*V.* 120, n. 20.)

Ut s. **62.** — *Mag. Geraldo de Lagreza*, L. D., Arnaldi, s. Eustachii diac. card., camerario, priori s. Joannis de Castello, Caturcen. di., confertur archipresb. s. Martini de Rupeforti cum annexis, Narbonen. di., eadem de causa vac.; cum obligatione paroch. s. Petri de Cadrino, Lemovicen. di., dimittendi. Cassantur litt. apost. quarum vigore benef. archiep.i Tolosan. exspectat. — In e. m. Bertrando Arnaldi, præp. Sistaricen., et Gerardo de Lalo, Aureliaci Claromonten., ac Aymerico de Noalhaco, Villemuri Tolosan. archid.nis. (*V.* 120, n. 69.)

Datum *Avenione.*

19 jan. (XIV kal. feb.)

63. — *Petro Rogerii*, de Puiollis, lic. in decr., P. P. cap. et famil., conferuntur canon. et præb. eccl. Narbonen., eadem de causa vac. — In e. m. de Monteolivo et de s. Ægidio, Carcassonen. et Nemausen. di., abbatibus, ac mag. Gotio de Arimino, can. Ravennaten., P. P. cap. (*V.* 120, n. 24.)

20 jan. (XIII kal. feb.)

64. — *Arnaldo de Lordato*, bac. in leg., conferuntur canon. et præb. eccl. s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di., sæpe dicta de causa vac. — In e. m. sacristæ et Petro Auroerii, ac Petro Piscis, canonicis Mirapiscen. — (*V.* 120, n. 72.)

25 jan. (VIII kal. feb.) T. XVII.

65. — *Ep.o Aquen., et abb. Fonciæ Baionen., ac Amaneo de Leone, can. Aquen.*, mand. ut parochiales eccl. s. Petri Dayherre et s. Eulaliæ Disturitz ad invicem unitas, Baionen. di. (ad prioris et conv. Ronscidevallis, O. S. A., Pampilonen. di., præsentationem pertinentes, et per obit. Martini de Locate vac.) conferant Dominico de s. Joanne, cler., famil. Petri, ep.i Baionen. (*A.* 48, f. 96 v°; *V.* 119, n. 140.)

28 jan. (V kal. feb.)

66. — *Guillelmo Arnaldi Salveti*, can. eccl. Appamiarum, O. S. A., confertur officium eleemosynariæ ejusd. eccl., per assecut. a Guilelmo de s. Michaele factam de officio infirmariæ dictæ eccl., vac.; cum cassat. Joannis XXII gratiæ exsp. dignit., aut officii, vel prioratus in ipsa eccl. — In e. m. Montisolivi et s. Ægidii, Carcassonen. et Nemausen. di., abbatibus, ac Petro Rogerii, can. Mirapiscen. (*V.* 120, n. 66.)

Ut s.

67. — *Guillelmo Medici*, can. Rosnacen., Cameracen. di., et rectori eccl. de Cermano, Biterren. di., conferuntur canon. et præb. ac præpositura eccl. Ilerden., per promotionem Ferrarii ad dictam Ilerden. eccl. vac. — In e. m. præp. Avenion., et Jacobo de Mutina, scholast. Tullen., P. P. cap., ac Michaeli Ricomanni, can. Valentin. (*V.* 120, n. 71.)

31 jan. (II kal. feb.)

68. — *Joanni, ep.o Portuen.*, confertur præpositura eccl. Bunnen., Colonien. di., per assecut. a mag. Bernardo Stephani, P. P. not., factam de archidiac. Xantonen., vac.; cum dispens. super multiplic. benef. — In e. m. priori de Castronovo, Magalonen. di., et præp. s. Severini Colonien., ac Busolo de Parma, can. Tornacen., P. P. cap. (*V.* 120, n. 68; Riezler, 1699.)

1 (kal.) *feb.* T. X.

69. — Reservatio quorumcumque beneficiorum c. c., vel s. c., per obit. Guillelmi de Sancta Maura, decani eccl. Turonen., extra Rom. cur. defuncti, vac., etiamsi dignitates, vel personatus, seu officia existant. (*A.* 48, f. 150 v°; *V.* 119, n. 267.)

3 (III non.) *feb.*

70. — *Ebredunen. et Beneventan. archiep.is, ac abb. monast. Caven., Salernitan. di.*, mand. ut Joannem de Ponciaco inducant in corporalem possessionem archidiac. Capuan., per consecrat. Benedicti, archiep.i Salernitan., vac.; non obstante quod in majori et s. Nicolai Baren. eccl. canon. et præb. possideat, et aliorum beneficiorum redditibus (usque ad xxv uncias auri) fruatur. (*V.* 120, n. 41.)

5 (non.) *feb.* T. XVIII.

71. — *S. Dionysii et s. Nicasii Remen. abbatibus, ac decano eccl. Trecen.*, mand. ut canon. et præb. eccl. Remen., per obit. Guillelmi de s. Maura, decani eccl. Turonen., apud Sed. Apost., mediante speciali reservatione, vac., consid. Philippi Francorum regis, conferant Galthero de Landa, præp. eccl. s. Vincentii Senogien., Cameracen. di. (*A.* 48, f. 153; *V.* 119, n. 272.)

Ut s. — T. XVIIII.

72. — *Abbatibus Majorismonasterii et s. Juliani monast. Turonen., ac decano Trecen.*, mand. ut decanatum, canon. et præb. eccl. Turonen., per ejusd. Guillelmi obit. vac., eadem consid. conferant Aymerico de Tornatio, can. Remen. (*A.* 48, f. 138 v°; *V.* 119, n. 233.)

11 (III id.) *feb.* T. XVI.

73. — *Abb. s. Mariæ de Burgomedio Blesen., Carnoten. di., et archid. Gamagen. Vasaten., ac scholast. Constantien.*, dirigitur exsecutoria gratiæ exsp. canon. et præb. eccl. Carnoten., per consecrat. Galhardi, ep.i Vasaten., vacat., a Joanne XXII factæ favore Raymundi de Varesio, cler. Burdegalen. di., consid. Galhardi, s. Luciæ in

Datum *Avenione.*

Silice diac. card., cujus est consanguineus germanus. (*A.* 48, f. 54; *V.* 119, n. 41.)

12 (II id.) *feb.* T. XII, XIV. — **74**. — Clericatus et benef. perpetua eccl. s. Joannis de Duce Anagnin. (annui valoris 20 fl. auri), per assecut. a mag. Joanne Aurifias de Anagnia, P. P. script., factam de canon. et præb. eccl. majoris Anagnin. apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Joanni, filio Jacobi Joannis de Collepardi,* beneficiato eccl. s. Laurentii de Collepardi, Alatrin. di. — In e. m. mag. Gotio de Arimino, præcent. Carpentoracen., P. P. cap., et Jacobo de Septempanibus, ac Jacobo de Guerriri, Anagnin. canonicis. (*A.* 48, f. 75 v°; *V.* 119, n. 91.)

Ut s. — **75**. — *Petro Diamantis de Fractis,* P. P. famil., conferuntur canon. et præb. eccl. Aquen., per liberam resignationem Arnaldi, nati nob. Arnaldi, vicecomitis de Caramanno, vac. — In e. m. Petro Rogerii de Pujollis, Mirapiscen., et Gotio de Arimino, Ravennaten., P. P. capellanis, ac Nicolao de Teramo, Aquinaten. canonicis. (*V.* 120, n. 73.)

16 feb. (XIV kal. mart.) T. XI, XIII. — **76**. — *Raymundo de Garino* confertur paroch. eccl. s. Germani, Agennen. di., per resignationem a Bertrando de Bovisvilla, ex causa permutationis cum paroch. eccl. de Maseretis, Mirapiscen. di., factam, apud Sed. Apost. vac. — In e. m. ep.o Coimbricen., ac abbatibus Montisolivi et s. Ægidii, Carcassonen. et Nemausen. di. (*A.* 48, f. 44 v°; *V.* 119, n. 27.)

Ut s. T. XI, XIII. — **77**. — *Bertrando de Bovisvilla* confertur paroch. eccl. de Maseretis, Mirapiscen. di., per resignationem a Raymundo de Garino, ex causa permutationis cum paroch. eccl. s. Germani, Agennen. di., factam, apud Sed. Apost. vac. — In e. m. Caturcen. et Coimbricen. ep.is, ac abb. Montisolivi, Carcassonen. di. (*A.* 48, f. 43 v°; *V.* 119, n. 25.)

1564. — *Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Senonen., et . . episcopo Melden., ac dilecto filio . . abbati monasterii sancte Genovefe Parisien., salutem.* Inter opera pietatis ad que nos apostolatus officii cura solicitat illud esse credimus in oculis divine majestatis acceptum personas sub observantia regulari degentes et presertim in fragilitatis sexus feminei constitutas, quibus favor est plenius adhibendus et que non habent alium preter Romanum Pontificem defensorem, Apostolice Sedis remedio muniamus. Cum itaque dilecte in Christo filie . . abbatissa et conventus monasterii de Moncellis, ordinis sancte Clare, Belvacen. diocesis, sicut ipse nobis insinuare curarunt a nonnullis archiepiscopis et episcopis ceterisque ecclesiarum et monasteriorum prelatis et collegiis, ac clericis et ecclesiasticis personis, tam religiosis quam secularibus, necnon comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, communitatibus et universitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum, ac aliis singularibus personis partium diversarum, super bonis, juribus et libertatibus earumdem, contra indulta privilegiorum Apostolice Sedis eis et earum ordini a dicta Sede hactenus concessorum, multipliciter molestantur, eisque multiplicia gravamina inferuntur, seu ipsi eisdem molestatoribus et injuriatoribus prestant auxilium, consilium, vel favorem; nonnulle quoque alie persone ecclesiastice, seculares et regulares, comites, barones, nobiles, milites, communia et universitates et singulares persone civitatum, castrorum, villarum et partium vicinarum, nonnulli etiam civitatis et diocesis et partium predictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem

Datum *Avenione.*

abbatisse et conventui super predictis privilegiis multiplices molestias, injurias inferunt et jacturas. Quare eedem abbatissa et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut cum valde difficile reddatur eisdem pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, adversus molestatores et injuriatores hujusmodi illo volentes eis remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati estis, conservatores et judices prefatis abbatisse et conventui efficacis deffensionis presidio assistentes, non permittatis eas super premissis, contra dictorum privilegiorum tenores, ab eisdem et quibuscumque aliis indebite molestari, vel sibi gravamina, seu dampna, vel injurias irrogari ; facturi eisdem abbatisse et conventui cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet super predictis omnibus, necnon de quibuslibet molestiis, injuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet qui judicialem requirunt indaginem, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, in aliis vero prout qualitas ipsorum exegerit, justicie complementum ; molestatores, presumptores et injuriatores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cujuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque et quotienscumque expedierit, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus, tam felicis recordationis Bonifacii P. P. VIII, predecessoris nostri, in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem seu diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur ; seu ne judices et conservatores a Sede deputati predicta extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorumdem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur ; seu quod de aliis quam de manifestis injuriis et violentiis et aliis que judicialem indaginem exigunt, penis in eos si secus egerint et in id procurantes adjectis, conservatores se nullatenus intromittant ; quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de judicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis que vestre possent in hac parte jurisdictioni aut potestati ejusque libero exercitio quomodolibet obviare ; seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, et eorum personis et locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem ; et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestre jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetuata potestas et jurisdictio attributa, ut, eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et jurisdictionem vestram et cujuslibet vestrum

Datum *Avenione.*

in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Presentibus post quinquennium minime valituris. — Datum Avinione, VI kalendas aprilis, anno primo. (*A.* 48, f. 320; *V.* 119, n. 598.)

Judices conservatores deputantur :

10 (VI id.) *mart.* T. XXXVI.

1565. — *Abb. monast. Eboracen., Herbipolen. di.*, pro Henrico, viceplebano paroch. eccl. s. Laurentii in Nuremberg, Bambergen. di., adversus Præd., Min., Erem. s. A. et Carmel. ord. fratres, contra tenorem decretalis *Supra cathedram* eidem viceplebano gravamina et injurias inferentes. (*A.* 48, f. 240 v°; *V.* 119, n. 438; Riezler, 1712.)

7 (VII id.) *apr.* T. XXX.

1566. — *Vulterran., et Massanen. ep.i, ac abb. monast. s. Salvatoris de Berardenga, Aretin. di.*, ad quinquennium, pro Angelo, ep.o Grossetan. (*A.* 48, f. 224; *V.* 119, n. 405.)

23 maii. (X kal. jun.) Gr. pro card.

1567. — *Ferrarien., et s. Agathæ, ac Barchinonen. ep.i*, ad quinquennium, pro Mathæo, s. s. Joannis et Pauli pr. card. (*A.* 48, f. 253; *V.* 119, n. 467.)

27 maii. (VI kal. jun.)

1568. — *Oscen., et Mindonien. ep.i, ac cantor Toletan.*, pro Petro, s. Praxedis pr. card. — *Prior sæc. Vallisoletan., Palentin. di., et archid. de Baroncellis, ac Martinus Petri de Tabulato, can. Palentin.*, etiam pro eodem card. (*V.* 119, n. 741-5, 6.)

1 (kal.) *jun.*

1569. — *Abbates Majoris monasterii prope Turones, et de Meniato, Claromonten. di., ac decanus s. Urbani Trecen.*, pro Petro, s. Martini in Montibus pr. card. (*V.* 120, n. 741-2.)

Ut s.

1570. — *Abbas monast. s. Faronis Melden., et Eduen., ac Autissiodoren. decani*, pro eod. card. (*V.* 120, n. 740-68.)

5 (non.) *jun.*

1571. — *Paduan., et Bononien., ac Ferrarien. ep.i*, pro ep.o Comaclen. (*V.* 120, n. 741-3.)

9 (V id.) *jun.*

1572. — *Abb. s. Genovefæ Parisien., et decanus Bituricen., ac præp. Avenionen.*, pro Petro, s. Martini in Montibus pr. card. (*V.* 120, n. 741-1.)

13 (id.) *jun.* T. XL.

1573. — *Milopotamien., et Arien. ep.i, ac decanus Kironen.*, pro archiep.o et capit. Creten., contra fratres mendicantium ord. (*A.* 48, f. 257; *V.* 119, n. 475.)

Ut s.

1574. — *Trajecten., et Noviomen., ac Tornacen. decani*, pro præp. et capit. eccl. b. M. Burgen., Tornacen. di., circa observationem decretalis *Supra Cathedram.* (*V.* 120, n. 741-7.)

22 jun. (X kal. jul.)

1575. — *S. Saturnini Tolosan., et s. Vincentii Cenomanen. monast. abbates, ac præp. Avenionen.*, pro Bertrando, ep.o Ostien. (*V.* 120, n. 741-4.)

26 jun. (VI kal. jul.) Gr. pro card.

1576. — *Oscen., et Mindonien. ep.i, ac cantor Toletan.*, ad quinquen., pro Petro, s. Praxedis pr. card., contra quoscumque. (*A.* 48, f. 285 v°; *V.* 119, n. 529, 1050, rub.)

30 jun. (II kal. jul.)

1577. — *S. Genovefæ Parisien., et s. Vedasti Attrebaten. monast. abbates, ac archid. Cameracen.*, pro Talayrando, s. Petri ad Vincula pr. card. (*V.* 119, n. 1068 (rub.); 120, n. 741-8.)

Ut s. Gr. pro card.

1578. — *S. Savini in Montione, Pisan. di., et s. Trinitatis Florentin. monast. abbates, ac Homodei de Papazuris, de Urbe, archipr. Turonen.*, pro Joanne, s. Angeli diac. card. (*V.* 119, n. 721.)

Ut s. Gr. pro card.

1579. — *Præp. Avenion., et Portuen. Tullen., ac de Vepria Virdunen. archid.i*, pro eodem card. (*V.* 119, n. 1042.)

Ut s. — T. LXXX.

1580. — *Archiep.us Colonien., et Cameracen., ac Laudunen. ep.i*, pro abb. s. Laurentii juxta muros Leodien., et Alnen., Floreffien., Elcherien., et quibusdam aliis abba

Datum *Avenione.*

Judices conservatores deputantur :

tibus, prioribus, præpositis, et abbatissis monast. et eorum conv., ordinum Cist., Præm., s. B. et s. A., in ducatu Brabantiæ, Leodien. et Cameracen. di., consistentibus, contra ducem Brabantiæ. (*V.* 119, n. 667.)

1 (kal.) *jul.*
Gr. pro card.

1581. — *Ep.us Sistaricen., et præp. Magalonen., ac archid. Aquen.*, ad quinquen., pro Petro, ep.o Prænestin., contra quoscunque. (*A.* 48, f. 277 v°; *V.* 119, n. 512.)

Datum *Avenione.* (sic)
11 (v id.) *jul.*
T. XL.

1582. — *Ep.us Vicen., et abb. monast. s. Cæciliæ de Monteserrato, Vicen. di., ac archid. Vicen.*, pro præp. et conv. monast. Minorissæ, O. S. A., dictæ di., contra Præd. Min., Erem. s. A. et Carmel. ord. fratres, circa observationem decretalis *Supra Cathedram.* (*A.* 48, f. 335; *V.* 119, n. 636.)

Apud *Pontem Sorgiæ.*

13 (id.) *aug.*

1583. — *Archiep.us Colocen., et Quinquecclesien., ac Varadien. ep.i*, pro Nicolao, ep.o Agrien. (*V.* 120, n. 741-9.)

Ut s.

1584. — *Idem*, pro præp. et capit. eccl. Agrien. (*V.* 120, n. 742-12.)

Ut s.

1585. — *Florentin., et Vulteran., ac Clusin. ep.i*, pro rectore et fratribus hospitalis s. M. de Scala ante gradus eccl. Senen., O. S. A. (*V.* 120, n. 742-13.)

23 aug.
(x kal. sept.)
T. XXX.

1586. — *Pampilonen., et Lascurren. ep.i, ac prior s. Christinæ Oscen.*, pro abb. et conv. monast. s. Joannis de Pinna, Oscen. di. (*V.* 119, n. 767.)

23 sept.
(IX kal. oct.)
T. XXX.

1587. — *Lausanen., et Gebennen. ep.i, ac abb. Secusien., Taurinen. di.*, pro archid., et capit. canonicorum sæcul. eccl. Tarentasien. (*V.* 119, n. 1032.)

Datum *Avenione.*

10 (v id.) *oct.*
Gr. pro card.

1588. — *Ep.us Elnen.*, pro Guillelmo, ep.o Sabinen., in cameraria eccl. Terraconen. (*V.* 119, n. 841.)

6 (VIII id.) *nov.*
T. XXX.

1589. — *Fernen., et Lismoren. ep.i, ac decanus Waterforden.*, pro Ricardo, ep.o Ossorien. in Hibernia. (*V.* 119, n. 979.)

16 nov.
(XVI kal. dec.)

1590. — *Ep.us Spoletan., et abb. monast. de Sassonnio, ac prior sæc. eccl. b. M. de Spello, Fulginaten. et Spoletan. di.*, pro priore et capit. plebis s. Miliani de Trevio, Spoletan. di. (*V.* 120, n. 842.)

26 nov.
(VI kal. dec.)
T. XXX.

1591. — *Perusin., et Senen. ep.i, ac abb. monast. s. M. de Alfiolo, Eugubin. di.*, pro Hugolino, ep.o Civitatis Castelli. (*V.* 119, n. 874.)

? — Gr. pro card.

1592. — *Abb. saec. s. Genesii Claromonten., et prior b. M. de Annoniaco, Viennen. di., ac præp. Avenion.*, ad quinquen., pro Petro, s. Clementis pr. card., contra quoscumque. (*A.* 48, f. 247 v°; *V.* 119, n. 455.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE RELIGIONIS INGRESSU

ANNI I (1335)

Mandata :

10 (IV id.) *jan.* T. XIV.

1593. — *Venerabili fratri .. episcopo Aduren., et dilectis filiis .. archidiacono Gamagen. Vasaten., ac Guillelmo de Brescadino, can. Aduren. eccl., salutem.* Cupientes vitam ducere regularem apostolicum debet adesse presidium, ut eorum pium propositum possint ad laudem divini nominis adimplere. Cum itaque dilectus filius Bernardus del Casterar, clericus Lascurren. diocesis cupiat, sicut accepimus, in monasterio sancti Severi, ordinis sancti Benedicti, Aduren. diocesis, una cum dilectis filiis .. abbate et conventu dicti monasterii sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos, volentes ipsum in hujusmodi laudabili suo proposito confovere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, eundem Bernardum, si sit ydoneus et aliud canonicum non obsistat, auctoritate nostra recipi faciatis in prefato monasterio in monachum et in fratrem, sibique, juxta ipsius monasterii consuetudinem, regularem habitum exhiberi, ac de communibus ipsius monasterii proventibus, sicut uni ex aliis prefati monasterii monachis integre provideri, ipsumque ibidem sincera in Domino caritate tractari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis monasterii et ordinis predictorum, juramento, confirmatione Sedis Apostolice, vel quacumque firmitate alia roboratis ; aut si pro aliis scripta forsan ibidem apostolica sint directa; seu si eisdem abbati et conventui, vel quibuscumque aliis, communiter vel divisim, a predicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, etc. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Datum Avenione, IIII idus januarii, anno primo. (*A.* 48, f. 64; *V.* 119, n. 64.)

Ut s. — T. XIV.

1594. — *Archid. de Saldavia Legionen., et Galhardo de Portu, Conseranen., ac Joanni Bavaldi, Cavallicen. canonicis.*, pro receptione Imberti de Benevento, cler. Avenion. di., in eccl. Nemausen., O. S. A., consid. Imberti, s. s. XII Apost. pr. card., dicti Imberti consang. (*A.* 48, f. 88 v°; *V.* 119, n. 117.)

20 jan. (XIII kal. feb.)

1595. — *Sacristæ, et Petro Auroerii, ac Joanni Piscis, canonicis Mirapiscen.*, pro receptione Gasseti de Ripperia, cler. Electen. di., in monast. Grassen., O. S. B., Carcassonen. di. (*V.* 120, n. 737-46.)

Datum *Avenione.*

Mandata :

3 (III non.) *feb.* T. XIV.

1596. — *Abb. Montisolivi, Carcassonen. di., et priori, ac archid. Appamiarum,* pro receptione Raimundi Longi, cler. Appam. di., in monast. de Fuxo, O. S. A., dictæ di. (*A.* 48, f. 290; *V.* 119, n. 536.)

7 (VII id.) *feb.*

1597. — *Præp. ac cancellario Tolosan., et archid. de Boriaco Convenarum,* pro receptione Petri de Prinhaco, cler. Tolosan., jurisper., in monast. s. Saturnini, ejusd. civit., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-19.)

12 (II id.) *feb.* T. XIV.

1598. — *Abb. monast. s. Hilarii de s. Hilario, Carcassonen. di., et Menneto de Roberticuria, can. Bituricen., ac officiali Carcassonen.,* pro receptione Bernardi, filii Joannis Petri de Villa Alba, cler. Carcassonen., in eccl. Electen., O. S. B. (*A.* 48, f. 68 v°; *V.* 119, n. 77.)

16 feb. (XIV kal. mart.) T. XIV.

1599. — *Archid., et archipr. majori, ac sacristæ Carcassonen.,* pro receptione Raimundi Guillelmi de s. Michaele, cler. Carcassonen. di., in monast. s. M. de Quadraginta, O. S. A., Narbonen. di. (*A.* 48, f. 232; *V.* 119, n. 422.)

Ut s. — T. XIV.

1600. — *Abbatibus de Caunis, et s. Hilarii, Narbonen. et Carcassonen. di., ac archipr. Carcassonen.,* pro receptione Rogerii de Rovenaio, cler. s. Pontii Tomeriarum di., in ipsa eccl. s. Pontii, O. S. B. (*V.* 119, n. 982 *bis.*)

Ut s.

1601. — *Archid. de Savesio, et Galhardo de Rupe, Tolosan., ac Canhardo de Sebalhano, Riven. canonicis,* pro receptione Raimundi Athonis de Marchafabba, cler. Riven. di., in monast. s. Saturnini Tolosan., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-22.)

21 feb. (IX kal. mart.) T. XIV.

1602. — *Ep.o Cenomanen., et abbatibus s. Vincentii, ac s. Petri de Cultura, Cenomanen. di.,* pro receptione Henrici Esparverii, cler. Cenomanen. di., in monast. de Belloloco, O. S. A., dictæ di. (*V.* 119, n. 798.)

Ut s. — T. XIV.

1603. — *Abb. de Validomonte, Rothomagen. di., et priori s. Laudi Rothomagen., ac mag. Henrico de Estoutevilla, can. Lexovien.,* pro receptione Joannis Britonis, cler. Rothomagen. di., in monast. Fiscanen., O. S. B., ejusd. di. (*A.* 48, f. 217; *V.* 119, n. 392.)

Ut s. — T. XIV.

1604. — *Abb. s. Audoeni, et archid., ac mag. Gaufrido de Brienthone, can. Rothomagen.,* pro receptione Joannæ Britonis, puellæ litteratæ ejusd. di., in monast. s. Amandi Rothomagen., O. S. B. (*A.* 48, f. 207 v°; *V.* 119, n. 373.)

24 feb. (VI kal. mart.) T. XIV.

1605. — *Ep.o Claromonten., et abb. s. Saturnini Tolosan., ac Raimundo de Montealto, can. Riven.,* pro receptione Raimundi de Insula, cler. Auxitan. di., in eccl. Auxitan., O. S. A. (*V.* 119, n. 976.)

Ut s.

1606. — *Ep.o Carcassonen., et Petro Saraqua, ac Joanni Deodati, canonicis Carcassonen.,* pro receptione Francisci Martini, cler. Narbonen., in eccl. Electen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-2.)

Ut s.

1607. — *Carcassonen., et Electen. ep.is, ac Petro de Rupe, can. Carcassonen.,* pro receptione Joannis Pontii, cler. Narbonen. di., in monast. Crassen., O. S. B., dictæ di. (*V.* 120, n. 737-24.)

Ut s.

1608. — *Priori b. M. Deauratæ Tolosan., et Melden., ac Caturcen. archid.is,* pro receptione Bertrandi de Altaripa, cler. Riven. di., in eccl. Tolosan., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-21.)

Ut s. — T. XIV.

1609. — *Eisdem,* pro receptione Gallardæ de Altaripa, puellæ litteratæ Riven. di., in monast. s. Saturnini Tolosan., O. S. A. (*A.* 48, f. 323 v°; *V.* 119, n. 613; et 120, n. 737-23.)

27 feb. (III kal. mart.)

1610. — *Præp. s. Stephani Narbonen., et sacristæ Agathen., ac Berengario Mainardi, can. Narbonen.,* pro receptione Berengarii de Salis, nati Raimundi de Salis, domicelli, cler. Narbonen., in monast. de Quadraginta, O. S. A., dictæ di. (*V.* 120, n. 737-20.)

2 (VI non.) *mart.*

1611. — *Archid. Briæ, et thesaur., ac de Campellis* (*sic*), *can. Melden.,* pro receptione

Datum *Avenione.*

Mandata :

Joannæ de Bellomonte, puellæ litteratæ Melden. di., in monast. de Faræmonasterio, O. S. B., ejusd. di. (*V.* 120, n. 737-17.)

Ut s. **1612**. — *Decano Silvanecten., et archid. de Cardona Suessionen., ac thesaur. Melden.*, pro receptione Adeneti Debili, cler. Parisien. di., in monast. s. Medardi Suessionen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-18.)

6 (VIII id.) *apr.* T. XIV. **1613**. — *Ep.o Cavallicen., et sacristæ Avenion., ac Bernardo de Cavallione, can. Apten.*, pro receptione Guillelmi, filii Raimundi de Cornelione, cler. Avenionen., in monast. s. Petri Montis Majoris, O. S. B., Arelaten. di. (*A.* 48, f. 203 v°; *V.* 119, n. 364.)

Ut s. **1614**. — *Majoris, et sæcul. s. Agricoli Avenion. eccl. sacristis, ac Raimundo Amici, ejusd. majoris eccl. can.*, pro receptione Bernardi Aloyni, nati Bernardi Aloyni, cler. Avenion., in eccl. Arelaten., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-7.)

Ut s. **1615**. — *Abb. monast. Lesaten., Riven. di., et thesaur. Suessionen., ac Stephano Planterii, can. Ebredunen.*, pro receptione Raimundi Planterii, nati Bertrandi Planterii, mil., L. D., cler. Avenion., in eccl. Avenionen., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-1.)

Ut s. — T. XIV. **1616**. — *Raimundo Amici, et Guillelmo Berengarii, canonicis Avenion., ac decano Avenion.*, pro receptione Andreæ Amici, cler. Avenion., in monast. s. Victoris Massilien., O. S. B. (*A.* 48, f. 203 v°; *V.* 119, n. 363.)

7 (VII id.) *apr.* T. XIV. **1617**. — *Priori de Camone, Mirapiscen. di., et Petro Rogerii, Narbonen., ac Petro Ysarni, Mirapiscen. canonicis*, pro receptione Joannis de Riparia, filii Guassæ, mil., cler. Electen. di., in monast. Crassen., O. S. B., Carcassonen. di. (*A.* 48, f. 204 v°; *V.* 119, n. 367.)

11 (III id.) *apr.* Gr. pro Deo. **1618**. — *Ministro generali ord. Min.*, ut Bartholomæum Brugeriæ, Albien. di. pr., dicti ord. professorem, recipiat in ord. prædicto, et si post duos annos emendatus sit cum eo dispenset ut secrete valeat celebrare; non obstante quod ab inquisitore hæresis in partibus Carcassonen., tempore quo Romæ fuit erectum ab impiis et filiis Belial simulachrum antipapæ, ad carcerem per septennium condemnatus fuerit, ex eo quod in publica prædicatione dixerat quod erant duo Papæ, et quod ipse et audientes cum fortiore, scilicet romano, se tenere debebant et pro eo orare. (*A.* 48, f. 248 v°; *V.* 119, n. 456; Riezler, 1722.)

23 apr. (IX kal. maii.) T. XIV. **1619**. — *Ep.o Conseranen., et abb. de Monteolivo, Carcassonen. di., ac archid. minori eccl. Carcassonen.*, pro receptione Hugonis de Lupoalto, cler. Riven. di., in eccl. Tolosan., O. S. A. (*A.* 48, f. 179; *V.* 119, n. 315.)

24 apr. (VIII kal. maii.) T. XIV. **1620**. — *Decano s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di., et archid. Montismirabilis Albien., ac Ademario Rotgerii, can. Caturcen.*, pro receptione Petronæ de Valle, filiæ Petri de Valle, puellæ litteratæ de Caturco, in monast. b. M. Deauratæ, dictæ civit., O. S. B. (*A.* 48, f. 167; *V.* 119, n. 292.)

29 maii. (IV kal. jun.) **1621**. — *Ep.o Matisconen., et Anicien., ac s. Anatholii Salinen., Bisuntin. di., præpositis*, pro receptione Huguetæ de Tureio, natæ nob. Gerardi de Tureio, mil., domini de Columberiis, puellæ litteratæ Cabillonen. di., in monast. s. Petri monialium Lugdunen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-3.)

1 (kal.) *jun.* **1622**. — *Cancellario, et Pontio de Anteiaco, ac Pontio Molinerii, canonicis Caturcen.*, pro receptione Joannæ de Pratis, natæ Petri de Pratis, laici Caturcen. di., in monast. b. M. Deauratæ Caturcen., per priorissam solito gub. (*V.* 120, n. 737-4.)

Ut s. **1623**. — *Archid. Montismirabilis Albien., et Guillelmo Petri de s. Felice, can., ac officiali Carcassonen.*, pro receptione Philippi Escanni, cler. Carcassonen. di., in eccl. Electen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-5.)

6 (VIII id.) *jun.* **1624**. — *De Henisberg, et b. M. Trajecten., Leodien. di., decanis, ac Bertrando de Hulhaven., can. Leodien.*, pro receptione Raimbaldi, nati Theoderici, dicti Bire, de Cos-

Datum *Avenione.*

Mandata :

laer, cler. Colonien. di., in monast. Rodeducis, O. S. A., Leodien. di. (*V.* 120, n. 737-6.)

21 jun. (XI kal. jul.) T. XIV.

1625. — *Electen., et Urgellen. ep.is, ac officiali Appamiarum,* pro receptione Athonis Arnaldi, de Castro Verduno, nati nob. Guillelmi Arnaldi, de Castro Verduno, cler. Appamiarum di., in monast. Fuxen., O. S. A., Appamiarum di., loco Bernardi Camela defuncti. (*A.* 48, f. 291 v°; *V.* 119, n. 539 : et 120, n. 737-12.)

23 jun. (IX kal. jul.) T. XIV.

1626. — *Abb. Lesaten., Ricen. di., et decano Avenionen., ac scholast. Engolismen.,* pro receptione Raimundi de Portubus, filii Raimundi de Portubus, cler. Avenion., in monast. s. Andreæ de s. Andrea, O. S. B., Avenion. di. (*A.* 48, f. 344 v°; *V.* 119, n. 653.)

Ut s. — T. XIV.

1627. — *Præp., et decano majoris eccl., ac sacristæ s. Agricoli Avenion.,* pro receptione Bartholomæi de Sadone, cler. Avenion., in eccl. Nemausen., O. S. A. (*A.* 48, f. 344 v°; *V.* 119, n. 654.)

2 (VI non.) *jul.*

1628. — *Bernardo de Orbesano, et Geraldo de Lambis, ac Bernardo Hugonis de s. Artemia, canonicis Tolosan.,* pro receptione Bertrandi de Marestagno, cler. Lomberien. di., in monast. s. Saturnini Tolosan., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-11.)

3 (V non.) *jul.* T. XIV.

1629. — *Joanni de Puteo, et Berengario de Severaco, Agathen., ac Joanni Banaldi, Cavallicen. canonicis,* pro receptione Joannis Cabanerii, cler. Magalonen. di., in eccl. Vabren., O. S. B. (*A.* 48, f. 344; *V.* 119, n. 652.)

Apud *Pontem Sorgiæ.*

29 jul. (IV kal. aug.)

1630. — *Ep.o Verden., et abb. monast. Sedlicen., ac decano eccl. Wissegraden., Pragen. di.,* pro receptione Catharinæ, natæ Henrici, dicti Melmker, puellæ litteratæ Pragen., in monast. monialium s. Georgii in Castro Pragen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-10.)

9 (V id.) *aug.*

1631. — *Præp. et sacristæ Avenionen., ac Hugoni Meruli, can. Vivarien.,* pro receptione Ayglinæ, natæ Guillelmi de Blandiaco, domicelli Uticen. di., habitatoris Avenion., famil. P. P., puellæ litteratæ, in monast. s. Catharinæ dictæ civit., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-25.)

13 (id.) *aug.*

1632. — *Priori de Orthesio, Lascurren. di., et de Larbagnac, ac Vallis Veteris in eccl. Lascurren. archid.is.,* pro receptione Navarreti, nati Arnaldi Fabri Deuson, cler. Lascurren. di., in monast. de Reula, O. S. B., dictæ di. (*V.* 120, n. 737-8.)

20 aug. (XIII kal. sept.)

1633. — *Abb. monast. s. Hilarii, Carcassonen. di., et archid., ac archipr. majoris eccl. Carcassonen.,* pro receptione Guillelmi Bernardi Raimundi, cler. Electen., in eccl. Electen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-26.)

21 aug. (XII kal. sept.)

1634. — *Præp., et Guillelmo Bertrandi, can., ac officiali Carpentoraten.,* pro receptione Bertrandi Maustini, de Paternis, cler. Carpentoraten. di., in monast. b. M. Del Gres extra muros Carpentoraten., per priorem solito gub., O. S. A. (*V.* 120, n. 737-9.)

1 (kal.) *sept.*

1635. — *Abb. monast. s. Pontii prope Niciam, et præp., ac sacristæ Grassen.,* pro receptione Joannis de Berra, nati Bertrandi de Berra, mil., cler. Nicien., in eccl. Anicien., O. S. A., loco Guillelmi, electi Nicien., obtentu Raimbaldi, præp., et capit. dictæ eccl. (*V.* 120, n. 737-13.)

18 sept. (XIV kal. oct.) T. XIV.

1636. — *Archid.is Belvacen., et de Saldavia Legionen., ac Guillelmo Medici, can. Ilerden.,* pro receptione Antonii Crucis, cler. Biterren. di., in monast. s. Aniani, O. S. B., s. Pontii Tomeriarum di. (*V.* 119, n. 876.)

23 sept. (IX kal. oct.) T. XIV.

1637. — *Ep.o Cavallicen., et abbatibus s. Eusebii, ac Psalmodien., Apten. et Nemausen. di.,* pro receptione Helziarii, nati Rostagni de Sabrano, cler. Nemausen. di., in eccl. Nemausen., O. S. A. (*V.* 119, n. 784.)

Datum *Avenione.*

Mandata :

13 (III id.) *oct.* (T. XIV.

1638. — *Archid. de Vadis Baiocen., et præp. s. Donatiani Brugen., Tornacen. di., ac thesaur. Baiocen.*, pro receptione Agnetis, natæ Guidonis de Goussanvilla, puellæ litteratæ Parisien. di., in monast. s. s. Trinitatis de Cadomo, O. S. B., Baiocen. di. (*V.* 119, n. 842.)

Ut s. — T. XIV.

1639. — *Ep.o Colimbrien., et abb. Conchen., Ruthenen. di., ac archid. de s. Antonino in eccl. Ruthenen.*, pro receptione Finæ Rollandæ, natæ quond. Hugonis Rollandi, puellæ litteratæ Caturcen. di., in monast. s. Antonini de Monasterio, O. S. B., Ruthenen. di. (*V.* 119, n. 722.)

15 (id.) *oct.*

1640. — *Abb. monast. de Capella, Constantien. di., et decano Constantien., ac Joanni de Diessenhoven, thesaur. Beronen., ejusd. di., P. P. cap.*, pro receptione Riperti, nati Henrici de Enselingen, scholaris dictæ di., in monast. s. Blasii in Nigra silva, O. S. B., dictæ di. (*V.* 120, n. 737-14.)

Ut s.

1641. — *Eisdem exsecutoribus*, pro receptione Annæ, natæ Hartmanni, dicti Luphen, puellæ litteratæ Constantien., in monast. s. Agnetis in Schaffusa, per magistram solito gub., O. S. B., Constantien. di. (*V.* 120, n. 737-15.)

29 oct. (IV kal. nov.)

1642. — *Abb. monast. Fontisfrigidi, Narbonen. di., et sacristæ Andegaven., ac officiali Narbonen.*, pro receptione Odonis de Novelhes, cler. Narbonen., in monast. s. M. Crassen., O. S. B., dictæ di. (*V.* 120, n. 737-27.)

7 (VII id.) *nov.*

1643. — *Sacristæ Agathen., et Petro de Pratis, Caturcen., ac Arnaldo Scarboti, Meten. canonicis*, pro receptione Bernardi Mercerii, cler. Narbonen. di., in monast. s. Petri de Caunis, O. S. B., dictæ di., consid. Jacobi, regis Majoricarum. (*V.* 120, n. 737-28.)

28 dec. (V kal. jan.)

1644. — *Archiep.o Bisuntin., et abb. monast. de Balma, ac priori de Arbosio, Bisuntin. di.*, pro receptione Peronetæ, natæ Hugonis de Chileio, domicelli, puellæ litteratæ dictæ di., in monast. b. M. de Castro Caroli, O. S. B., Bisuntin. di. (*V.* 120, n. 737-30.)

3 (III non.) *jan. 1336.* T. XIV.

1645. — *Bartholomæo de Neapoli, archid. s. Joannis Majoris Neapolitan., et Petro Burgundionis, thesaur. Laudunen., P. P. capellanis, ac Vitali de Ape, can. Agennen.*, pro receptione Berengarii Dauroni, cler. Avenionen., in eccl. Avenionen., O. S. A. (*V.* 119, n. 975.)

7 (VII id.) *jan.*

1646. — *Ep.o Bononien., et decano, ac sacristæ Avenionen.*, pro receptione Margaritæ, natæ Guillelmi de Blandiaco, domicelli, P. P. famil., puellæ litteratæ Avenionen., in monast. s. Laurentii Avenionen., O. S. B. (*V.* 120, n. 737-29.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

DE APOSTATARUM LITTERIS

ANNI I (1335)

Ut ordinationes nuper editas (cf. n. 2449) favore apostatarum exsecutioni mandent deputantur judices :

5 (III non.) *oct.* Gr. pro Deo.

1647. — *Dilectis filiis . . priori sancti Petri, et . . decano sancti Vincentii Matisconen., ac cantori sancti Vincentii Cabillonen. ecclesiarum, salutem.* Pridem animarum periculis occurrere desiderabiliter [volentes], circa quorumlibet ordinum apostatas et etiam de suis ordinibus ejectos et quosvis alios religiosos sine prelatorum suorum licentia per seculum evagantes, nonnulla salubria et utilia duximus auctoritate Apostolica ordinanda. Inter cetera namque voluimus et ordinavimus, auctoritate predicta, quod universi et singuli, tam exempti quam non exempti prelati quorumcumque religiosorum quorumlibet ordinum, a quibus temere apostatarunt ipsi apostate, illos ad habitum et religionem eorum priores recipere tenerentur. Quod si forte dicti prelati, capitula ecclesiarum, conventus monasteriorum, seu fratres eorum et locorum eorumdem recusarent apostatas recipere prelibatos, ipsi prelati, capitula, conventus et fratres per certos exsecutores super hoc a Sede Apostolica deputandos ad eos recipiendos, salva ordinis disciplina, quam voluimus et mandavimus circa illos qui sponte redirent ea vice, ut infrascribitur, misericorditer temperari, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, cogerentur. Voluimus quoque et ordinavimus circa eos ex dictis apostatis, qui ordinum mendicantium forent, quod si apostate ipsi ordinum mendicantium prelatorum in suis primis locis eorumdem suorum ordinum recipi commode nequirent, in aliis locis ordinis cujuscumque ipsorum vel alterius ordinis dictorum mendicantium, si aliqui mendicantes hujusmodi apostatas recipere nollent, illa vice collocarentur; et nichilominus religiosi predictorum locorum ejusdem ordinis ad recipiendum jam dictos apostatas qui transire ad alia loca ipsius ordinis haberent, ad recipiendum eosdem apostatas in locis hujusmodi per exsecutores a dicta Sede super hoc similiter deputandos, si opus foret, censura simili artarentur. Rursus voluimus et ordinavimus erga omnes apostatas supradictos et quemlibet ipsorum per eorum prelatos, servato subscripto moderamine provideri; scilicet quod ipsi prelati circa hujusmodi apostatas, etiamsi ante vel post eorum apostasiam excessus in ordine suo, vel extra illum commiserint et proinde vel etiam ex quacumque alia causa in apostasiam hujusmodi lapsi fuerint, vel ordinis sui carceres effregerint, seu ab ipsis evaserint, pro predictis eis penam seu penitentiam salutarem imponerent, juxta eorumdem ordinum antiqua statuta; quam tamen penam seu penitentiam sic etiam voluimus misericorditer temperari, quod apostate ipsi, terrore ultionis seu pene, non retraherentur a resumptione religionis et habitus eorumdem; memoratis insuper prelatis eorumdem apostatarum dictos

Datum *Avenione.*

apostatas ad religionem suam pristinam vel aliam mendicantium, ut pretangitur, redeuntes absolvendi ea vice juxta formam Ecclesie ab excommunicationis sententia in quam apostatando taliter inciderunt, et cum eis super irregularitate quam apostasie occasione hujusmodi, vel alias forsan sic ligati, divina officia celebrando, immo verius prophanando, aut illis se immiscendo dampnabiliter incurrerunt, prout eorumdem apostatarum saluti dicti prelati expedire conspicerent, dispensandi plenam atque liberam eadem auctoritate concessimus potestatem. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus quorumlibet ordinum, ecclesiarum, monasteriorum et aliorum locorum predictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; vel etiam privilegiis, indulgentiis, aut litteris apostolicis, seu aliis quibuscumque que premissis possent quomodolibet obviare, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur.

Cum autem, sicut Joannes de Freocuria, fratrum ordinis minorum olim residens in conventu fratrum dicti ordinis de Salinis, Bisuntinen. diocesis, lator presentium, nobis exposuit, ipse ab ordine dictorum fratrum per felicis recordationis Johannem Papam XXII, predecessorem nostrum, fuerit absolutus, ita tamen quod ad aliquem ordinem mendicantium infra certum tempus se transferre deberet, et infra dictum tempus ordinem fratrum beate Marie de Monte Carmeli ingressus fuerit, et ante annum sue professionis in dicto ordine fratrum beate Marie faciende, ipsum ordinem exierit, et ex causa, propter quod in pristinum statum dicti fratrum minorum ordinis est reversus, dictaque absolutio, ut prefertur, de eo facta nullius penitus sit momenti, nos predicti Joannis reconciliari Deo et eidem ordini suo, ut asserit, cupientis, devotis supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, voluntates, ordinationes, mandata et concessionem nostra hujusmodi circa eumdem Joannem faciatis auctoritate nostra firmiter observari ; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si dilectis filiis . . ministro et dictis fratribus ipsius ordinis minorum aut quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede sit indultum eadem quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Avenione, III nonas octobris, anno primo. (*V.* 119, n. 768.)

Ut ordinationes nuper editas (cf. n. 2449) favore apostatarum exsecutioni mandent deputantur judices :

30 sept. (II kal. oct.) Gr. pro Deo.

1648. — *Archiep.us et decanus Bracharen., ac abb. monast. de Adufe, Bracharen. di.*, favore Joannis Petri, mon. monast. de Burio, Cist. ord., dictæ di. (*V.* 119, n. 751.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

1649. — *Decanus et archid. Cervariæ, ac cantor. Tuden.*, favore Petri Stephani, ord. præd., subdiac., olim residentis in conv. dicti ord. Ripavien., Tuden. di. (*V.* 119, n. 752.)

21 oct. (XII kal. nov.)

1650. — *Ep.us et archid. Pragen., ac abb. monast. Brimovien., Pragen. di.*, favore Joannis de Polonia, ord. min. (*V.* 120, n. 816.)

26 oct. (VII kal. nov.)

1651. — *Ep.us Elboren., et Gonsalvus Roderici, ac Joannes Petri, can. Elboren.*, favore Alfonsi de Alcazar, Elboren. di., ord. præd. (*V.* 120, n. 821.)

2 (IV non.) *nov.*

1652. — *Abb. monast. Villæ Longæ, et prior s. Columbæ, Carcassonen. et Mirapiscen. di., ac cancellarius Parisien.*, favore Philippi Coronæ, de Limoso, ord. præd. (*A.* 48, f. 525; *V.* 120, n. 815.)

Datum *Avenione.*

Ut ordinationes nuper editas (cf. n. 2449) favore apostatarum exsecutioni mandent deputantur judices :

13 (id.) *nov.*

1653. — *Paduan., et Bononien., ac Castellan. ep.i,* favore Gregorii de Venetiis, ord. min. (*V.* 120, n. 819.)

23 dec. (x kal. jan.)

1654. — *Abb. monast. de Palomberio, et s. M. de Costa, ac de s. Arcadio priores, Bracharen. di.,* favore Antonii Dominici, de Sansa, diac. ord. præd. (*V.* 120, n. 822.)

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE FRUCTIBUS BENEFICIORUM IN ABSENTIA PERCIPIENDIS

ANNI I (1335)

18 mart. (xv kal. apr.)

1655. — *Dilecto filio magistro Joanni de Coiordano, canonico Biterren., capellano nostro, salutem et cetera.* Obsequiorum tuorum gratitudo laudabilis, que nobis et Apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc sedulus impendere non desistis, multiplicia quoque merita probitatis, super quibus personam tuam juvari percepimus, nos inducunt ut petitiones tuas ad exauditionis gratiam admictamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut nostris et ejusdem Sedis obsequiis insistendo, fructus, redditus et proventus beneficiorum tuorum ecclesiasticorum, que nunc in quibuslibet ecclesiis obtines vel imposterum obtinebis, etiam si dignitates, personatus, vel officia existant et curam habeant animarum, dummodo dignitates hujusmodi in catedralibus post episcopales majores, vel in collegiatis ecclesiis principales non existant, cum ea integritate usque ad nostrum beneplacitum libere percipere valeas, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in dictis ecclesiis personaliter resideres, et ad residendum interim in eisdem ecclesiis minime tenearis, neque ad id a quoquam invitus valeas coartari. Non obstantibus, si in eisdem ecclesiis primam non feceris residentiam personalem consuetam, aut quibuscumque statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum contrariis, juramento, confirmatione apostolica, vel qualibet alia firmitate vallatis, etiam si de illis servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea, et ipsis litteris non utendo etiam ab alio vel aliis impetratis, per te, vel procuratorem tuum prestiteris hactenus, vel imposterum te prestare contigerit forsitan juramentum; seu si locorum ordinariis a Sede Apostolica sit concessum vel imposterum concedi contigerit quod canonicos et personas ecclesiasticas ecclesiarum suarum civitatis et diocesis, etiam in dignitatibus, personatibus, vel officiis constitutos per

Datum *Avenione.*

subtractionem proventuum suorum ecclesiasticorum, vel alias, possint compellere ad residentiam personalem in eisdem; aut si eisdem ordinariis et dilectis filiis capitulis earumdem ecclesiarum, vel quibuslibet aliis communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum, vel imposterum forsitan indulgeri continget quod canonicis et personis ipsarum ecclesiarum, etiam in dignitatibus, personatibus, vel officiis constitutis, non residentibus in eisdem, vel qui primam in eis [non] fecerint personalem residentiam consuetam, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum dictarum ecclesiarum [ministrare] minime teneantur, et ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; et quibusvis aliis privilegiis, indultis ac litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, cujuscunque tenoris existant, per que presenti non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso quod hujusmodi beneficia debitis interim non fraudentur obsequiis, et animarum cura in eis in quibus illa imminet nullatenus negligatur, sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum ipsorum proventibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviatur inibi laudabiliter in divinis. Nulli ergo, etc. — Datum Avenione, xv kalendas aprilis, anno primo.

In eundem modum dilectis filiis . . Montisolivi et . . Lesaten., Carcassonen. et Riven. diocesum, monasteriorum abbatibus, ac . . officiali Biterren., salutem, etc. Ossequiorum dilecti filii, etc., usque laudabiliter in divinis. Quocirca mandamus quatinus, vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, eidem magistro Johanni, vel procuratori suo ejus nomine, faciatis, auctoritate nostra, prefatos fructus, redditus et proventus usque ad beneplacitum supradictum, juxta hujusmodi nostre concessionis tenorem integre ministrari. Non obstantibus omnibus supradictis; seu si prefatis ordinariis et capitulis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim ab eadem Sede indultum existat quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores per censuram ecclesiasticam, etc. Datum ut supra. (*V.* 120, n. 739 (49); 130, n. 113, 114.)

21 feb. (IX kal. mart.)

1655 [a]. — *Arnaldo Isarni*, can. Lodoven., P. P. famil., indulgetur ut in absentia fructus benef. suorum percipere possit. — In e. m. Montisolivi, Carcassonen. di., et s. Victoris Massilien., ac s. Salvatoris Lodoven. abbatibus. (*V.* 130, f. 57 v°, n. 339, 340.)

12 (IV id.) *mart.* T. XXII; gr.

1656. — *Petro Diamantis, de Fractis*, can. Aquen., P. P. famil., conceditur ut fructus omnium benef. quæ obtinet vel obtinebit in futurum, etiamsi dignit., vel personatus, seu officia, c. c. vel s. c. existant, perinde percipere possit, ac si residentiam faceret, modo per vicarios idoneos et sufficientes necessaria inibi ministrentur. — In e. m. Guigoni de s. Germano, præp. Anicien., P. P. cap., et Joanni de Ponte, de Laude, Paduan., ac Nicolao Ottonis, de Terano, Aquinaten. di., canonicis. (*V.* 119, n. 801; 130, n. 711, 712.)

18 mart. (XV kal. apr.)

1657. — *Mag. Petro Rogerii*, can. Narbonen., P. P. cap., conceditur usque ad beneplacitum apost. facultas fructus benef. suorum cum integritate percipiendi quin ad residentiam teneatur. — In e. m. abb. monast. Montisolivi, Carcassonen. di., et Gotio de Arimino, can. Ravennaten., ac officiali Narbonen. (*V.* 120, n. 739 (50); 130, n. 115, 116.)

21 mart. (XII kal. apr.) T. XXIV, XXVI.

1658. — Indultum pro *Ludovico, duce Borbonesii*, ut quindecim cler. ipsius obsequiis insistentes fructus omnium benef. suorum in absentia percipere valeant, dummodo majores post episcopales non obtineant dignitates. — In e. m. s. Genovefæ

Datum *Avenione.*

Parisien., et s. Germani de Pratis juxta Parisios abbatibus, ac cantori Parisien. (*A.* 48, f. 228 v°; *V.* 119, n. 415.)

25 mart. (VIII kal. apr.)

1659. — Obtentu Petri, ep.i Prænestini, *Bertrando de Carceribus*, rectori parochialium eccl. de Luco et de Lacu simul annexarum, Ruthenen. di., bac. in leg., in subdiaconatus ordine constituto, conceditur ut usque ad unum annum possit leges legere et audire et interim non teneatur presbyteratus ordinem recipere, nec residentiam personaliter facere. (*A.* 48, f. 524 (rub.); *V.* 120, n. 748.)

2 (IV non.) *apr.*

1659 [a]. — *Jacobo de Broa*, can. Bituricen., P. P. famil., indulgetur ut in absentia fructus benef. suorum percipere possit. — In e. m. abb. s. Victoris Massilien., et mag. Bernardo de Albia, decano Belvacen., ac Joanni de Coiordano, archid. Lunacen. Biterren. (*V.* 130, f. 57 v°, n. 341.)

Ut s.

1659 [b]. — *Mag. Bernardo de Albia.*, decano s. Donatiani Brugen., Tornacen. di., P. P. famil., indultum simile. — In e. m. abb. s. Genovefæ Parisien., et archid. Montismirabilis Albien., ac mag. Henrico de Ast, can. Ambianen. (*V.* 130, f. 57 v°, n. 342.)

6 (VIII id.) *apr.* T. XXII.

1660. — *Roberto de Fuxo*, archid. Engolismen., conceditur ut, residendo in aliquo benef. suorum, vel in studio litterarum insistendo, aut in Rom. curia commorando, fructus præbendarum quas obtinet vel obtinebit, usque ad quinquennium, cum ea integritate percipere valeat, quotidianis distributionibus exceptis, qua perciperet si residentiam in ipsis faceret. — In e. m. archid. Raden. Narbonen., et cantori Parisien., ac officiali Toletan. (*V.* 119, n. 974.)

17 apr. (XV kal. maii.)

1661. — Consid. Ludovici, ducis Borbonesii, *thesaurario capellæ colleg. de Castro Borbonio, Bituricen. di., qui pro tempore fuerit*, conceditur in perpetuum ut residendo in dicta capella non teneatur in aliis suis benef. residere. — In e. m. s. Sulpicii, et s. Ambrosii Bituricen., ac. s. Andreæ Claromonten. monast. abbatibus. (*A.* 48, f. 524; *V.* 120, n. 770.)

8 (VIII id.) *maii.* T. XII, XIV.

1662. — Indultum pro *Humberto Pilati, de Buxeria*, rectore paroch. eccl. de s. Petri villa, Nivernen. di., ut nob. Humberti, dalphini Viennen., obsequiis insistendo, ratione dictæ eccl., non teneatur usque ad unum annum diaconatus et presbyteratus ordines recipere, et interim fructus ejusd. eccl. in absentia percipere valeat. — In e. m. abb. s. Maxentii, Pictavien. di., et Gratianopolitan., ac Nivernen. officialibus. (*A.* 48, f. 205; *V.* 119, n. 368.)

8 (VI id.) *jun.*

1663. — *Rogerio Bernardi*, nato nob. Joannis de Levis, domini Mirapiscen., can. Ambianen., conceditur ad biennium facultas fructus benef. suorum cum integritate percipiendi quin ad residentiam teneatur. — In e. m. de Cambono et de Amausianis, Mirapiscen. di., prioribus, ac sacristæ Mirapiscen. (*V.* 120, n. 739-51.)

1 (kal.) *jul.* T. XXII; gr.

1664. — *Joanni Piscis*, can. Biterren., P. P. famil., conceditur ut fructus omnium benef. quæ obtinet vel in futurum obtinebit, dummodo dignit. in cathedralibus, majores post episcopales, et in collegiatis principales non existant, percipere possit, ac si in eisdem resideret, dummodo per vicarios bonos et sufficientes necessaria in ipsis ministrentur. — In e. m. præcent. et succentori s. Aphrodisii Biterren., ac Eustachio Piscis, can. Mirapiscen. (*V.* 119, n. 677.)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.*

5 (non.) *sept.* T. X.

1665. — *Francisco, nato Neapoleonis de filiis Ursi*, mil. de Urbe, thesaur. Eboracen., conceditur ut possit audire leges per biennium, et interim fructus benef. suorum in absentia percipere. (*V.* 119, n. 750; Bliss, *Pap. lett.*, II, p. 519.)

Datum *Avenione.*

2 (VI non.) *oct.*
Gr. pro nep. card.

1666. — *Mag. Petro de Capis, diac., decano eccl. s. Germani Autissiodoren. Parisien.*, Petri, s. Martini in Montibus pr. card., nep., conceditur ut jura civilia possit legere et audire, et in absentia fructus benef. suorum percipere. (*V.* 119, n. 780.)

13 (III id.) *oct.*

1667. — *Rogerio de Vintrono, can. Ruthen., Campaniæ Maritimæque, ac civit. Beneventan. rectori*, conceditur usque ad beneplacitum apost. facultas fructus benef. suorum cum integritate percipiendi quin ad residentiam teneatur. — In e. m. ep.o Mimaten., et thesaur. Laudunen., ac Marquesio de Mostuejolis, can. Narbonen. (*V.* 120, n. 739-54.)

18 oct.
(XV kal. nov.)
T. XXII.

1668. — *Raimundo de Poioliis, can. Albien., rectori ducatus Spoletan.*, similis gratia. — In e. m. decano Belvacen., et archid. Forojulien., ac thesaur. Suessionen. (*V.* 119, n. 838; 130, n. 707, 708.)

Ut s. — T. XXII.

1669. — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori patrimonii b. Petri in Tuscia*, similis gratia. — In e. m. archid., et præcent., ac Joanni Piscis, can. Biterren. (*V.* 119, n. 840; 130, n. 713, 714.)

20 oct.
(XIII kal. nov.)

1670. — *Petro Beraldi, archid. Parisiên.*, conceditur usque ad biennium facultas fructus benef. suorum cum integritate percipiendi quin ad residentiam teneatur. — In e. m. s. Martini de Campis juxta Parisios, et de Duranello, Caturcen. di., prioribus, ac archid. Melden. (*V.* 120, n. 739-53.)

23 oct.
(X kal. nov.)

1671. — *Gasberto, Arelaten. archiep.o, P. P. camerario*, conceditur ut sex cler. familiares sui, scilicet : Guill. Martini, de Abzaco, Durandus Mercatoris, de Monteclarano, Bertrandus de Marnaco, de s. Romano, Guill. Rolandi Castrinovi, de Brassaco, Joannes Sapientis, de Domno Medardo, et Guido Viguerii, s. Furcei de Lactiniaco parochialium eccl. Burdegalen., Caturcen., Castren., et Parisien. di., rectores usque ad beneplacitum apost. fructus benef. suorum cum integritate percipere possint, quin ad residentiam teneantur. — In e. m. Avenionen., et Sistaricen. præpositis, ac decano s. Agricoli Avenion. (*V.* 120, n. 739-52; 130, n. 709, 710.)

7 (VII id.) *nov.*

1672. — *Mag. Petro Saynterii, can. Claromonten., P. P. famil.*, conceditur usque ad beneplacitum apost. facultas fructus benef. suorum cum integritate percipiendi quin ad residentiam teneatur. — In e. m. s. Andreæ, et sæcul. s. Genesii Claromonten. monast. abbatibus, ac archid. Lunacen. Biterren. (*V.* 120, n. 739-55.)

13 (id.) *nov.*
T. XXIV.

1673. — *Pro Joanne, nato Pauli de Comite, mil., can. Ambianen.* declaratur tenores litt. gratiæ olim ipsimet factæ a Joanne XXII de fructibus percipiendis, sumptos ex regestro dicti Joannis XXII eosdem vim habere et vigorem, quos haberent originales litteræ si extarent. Dat. litt. Joannis XXII : Avenione, nonis septembris, an. XVII. (*V.* 119, n. 875.)

14 nov.
(XVIII kal. dec.)

1674. — *Mag. Petro de Capis, subdiac., decano eccl. s. Germani Autissiodoren. Parisien.*, Petri, s. Martini in Montibus pr. card., nep., indulgetur ut usque ad annum valeat audire et legere leges, et ut interim faciat fructus suos absque residentia. (*A.* 48, f. 526; *V.* 120, n. 818; cf. n. 1666.)

30 nov.
(II kal. dec.)
T. XXII.

1675. — *Canhardo de Sabalhano, can. Riven., Marchiæ Anconitanæ rectori*, conceditur ut insistendo apostolicis obsequiis, fructus benef. suorum absque residentia et cum integritate percipiat. — In e. m. ep.o, et Rogerio de Monteflascone, ac Bernardo Violatonis, canonicis Conseranen. (*V.* 119, n. 895; 130, n. 717, 718.)

Ut s. — T. XXII.

1676. — *Guillelmo Arnaldi de Querio, can. Conseranen., Provinciæ Romandiolæ rectori*, similis gratia. — In e. m. ep.o Conseranen., et Hugoni de Deopantala, priori de Murello, Tolosan. di., ac Canhardo de Sabalhano, can. Riven. (*V.* 119, n. 896.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

DE LICENTIA TESTANDI

ANNI I (1335)

Dantur licentiæ testandi, ære alieno deducto :

17 feb. (XIII kal. mart.) Gr. pro card.

2382. — *Idem rex* requiritur et hortatur ut per suos justitiarios Hiberniæ eidem ep.o Ossorien. et aliis antistitibus illarum partium, ad capiendum et puniendum dictos hæreticos, quoties expedierit, assisti faciat auxilio brachii sæcularis. (*V.* 119, n. 910; Raynaldi, 1335, LX; Theiner, *Mon. Hib.*, n. 532.)

7 (VII id.) *nov.* T. XXIV.

2383. — Pro *Francisco de Monteflascone,* U. J. prof., declaratur quod tenores litt. gratiæ olim ipsimet factæ (III kal. maii, an. VI Joannis XXII) de canon. eccl. Tornacen. sub exspect. præb., sumpti ex regestro Joannis XXII, eamdem vim et eumdem vigorem habent quos haberent originales litt. si existerent. (*V.* 119, n. 885.)

8 (VI id.) *nov.*

2384. — Reservatio (facta a Joanne XXII, X kal. dec. pontif. sui anno X°) canon. et præb., ac cantoriæ eccl. Burdegalen., ac omnium aliorum benef., quæ quond. Ranulphus de Bloyaco, can. et cantor dictæ eccl., obtinebat valet ac si bulla bullata desuper fuisset. (*V.* 120, n. 886.)

9 (V id.) *nov.*

2385. — *Archiep.o Lugdunen.*, mand. ut priori et conv. prioratus Augionis, Cart. ord., Gebennen. di., faciat justitiæ complementum, contra cantorem, infirmarium, Joannem de Gigniaco, Guillelmum, dictum Alamans, et alios monachos monast. s. Eugendi Juren., O. S. B., Lugdunen. di., qui, cum laicis, vassallis et hominibus monast., et cum alia multitudine equitum et peditum fere quinque millium armatorum ad dictum prioratum accedentes, fractis portis, ipsum invaserunt, libros, vasa ornamenta, necnon blada, vina et victualia, vestes, pecunias et bona mobilia ibidem inventa adsportaverunt. (*V.* 120, n. 882.)

12 (II id.) *nov.* T. XIV.

* **2386.** — Mand. *præp. eccl. Lunden.*, ut audiat causam appellationis emissæ per Nicolaum, dictum Spink, pr. Roskilden. di., a processibus et sententiis contra eum factis et latis ab abb. monast. in Alwing, Arusien. di., et mag. Joanne Rooth, cantore eccl. Arusien., occasione perceptionis decimarum pro subsidio transmarino in di. Roskilden. et præcipue in eccl. de Egeslef, dictæ di. (*V.* 119, n. 880.)

13 (id.) *nov.*

2387. — *Ep.o et capit. Ambianen.*, mand. ut per litt. suas certificare curent utrum quædam permutatio inter comitem Blesen. et comitem Vindocinen. facienda de possessionibus quas primus habet in comitatu Vindocimen., quasque ab eccl. Ambianen. tenere dignoscitur, cum illis, quas alter in comitatu Blesen. detinet, fieri valeat sine læsione et damno eccl. Ambianen. (*V.* 120, n. 885.)

Ut s.

2388. — *Bertrando Milonis, officiali Arelaten.*, mand. ut compellat creditores usurarios (tam illos qui Curiam Rom. sequuntur, quam alios, qui omnes annis singulis ex solo usurarum lucro de civit. Arelaten. detrahunt valorem 15,000 flor. auri) ut relaxent juramenta universitati et civibus Arelaten., et ut usuras eis restituant. (*V.* 120, n. 883.)

Ut s. — T. XII.

* **2389.** — Mand. *ep.o Florentin., et Raynerio, abb. monast. s. Michaelis de Podiobonizii, Florentin. di.*, ut copiam processuum olim factorum per Minum de s. Quirico, ord. Min., inquisitorem in Tuscia, contra Jacobum, vocatum Scaglie de Thisis, mari-

Datum *Avenione.*

tum quond. Vannæ, natæ Fornarii de Rubeis, mil. Florentin., mittant ad Apost. Sed. in publica forma. (*V.* 119, n. 913.)

13 (id.) *nov.*

2390. — *Mag. Stephano de Pinu, abb. sæc. eccl. Dauraten., Lemovicen. di.*, mand. ut compellat creditores usurarios ut relaxent juramenta universitati et civibus Lemovicen., et usuras faciat eis restitui. (*V.* 120, n. 884.)

Ut s. — T. X.

2391. — Mand. *archiep.o Strigonien.* ut synagogam de novo per Judæos constructam in villa Posonien., suæ di., juxta capellam quam monachi Cist. ord. habent in villa prædicta, faciat destrui sine mora; ex petitione abb. et conv. monast. de Pilisio, ejusd. ord., Vesprimien. di. (*V.* 119, n. 927; Theiner, *Mon. Hung.*, I, n. 907.)

23 nov. (IX kal. dec.) T. XX.

2392. — Mand. *archiep.o Treveren.*, ut, consid. Ludovici, comitis, et Margaritæ de Lothoringia, comitissæ de Los et de Chineio, det licentiam fratribus Min. de custodia Lotharingiæ acquirendi et obtinendi locum ad construendum eccl. et domos pro habitatione fratrum ipsius ord. in villa de Yvodio, suæ di., si expediat ipsi villæ. (*V.* 119, n. 911; *Annal. de l'Inst. arch. du Luxembourg*, XI, 244.)

25 nov. (VII kal. dec.) T. XVI.

2393. — *Patriarchæ Graden., et abb. monast. de Nuttele, Lincolnien. di., ac archid. Norwicen.*, mand. ut citent Joannem de Neusom, cler. Lincolnien. di., qui in paroch. eccl. de Naylastone, dictæ di., a Gilberto de Bukinham legitime occupatam temere violenterque se intrusit, bona ipsius usurpando et consumendo, dictumque rectorem vulnerando ad mortem. (*V.* 119, n. 990; Bliss, II, p. 522.)

30 nov. (II kal. dec.) T. VIII.

2394. — *Priori sæc. eccl. Vallisoleti, Palentin. di., et Burgen., ac Legionen. decanis*, mand. ut ordinationem factam in eccl. Palentin. de 100 marabotinis præstimonii per quemlibet ipsius eccl. canonicum habendis, circa Petrum Gomezii, ejusd. eccl. can., faciant observari. (*V.* 119, n. 966.)

Ut s. — T. XII.

2395. — Mand. *ep.o Aquilejen.* ut citet ad Curiam Blasium, fratrum Min. provinciæ Pennen. ministrum, super quibusdam ab eo contra Geraldum, dicti ord. generalem ministrum, Sed. Apost. insinuatis, debite processurum. (*V.* 119, n. 897.)

2 (IV non.) *dec.* Gr. pro. card.

2396. — Mand. *Joanni Neapoleonis de filiis Ursi, et Vicano de Civitateveteri, can. basil. Princ. Apost. de Urbe*, ut citent ad Curiam quosdam canonicos eccl. Lateranen., super occupatione bonorum ipsius eccl. Lateranen. debite responsuros; ex petitione Bertrandi, s. Mariæ in Aquiro diac. card., dictæ eccl. Lateran. archipr. (*V.* 119, n. 964; cf. n. 2398.)

3 (III non.) *dec.* T. XXXIV.

2397. — Decernitur tenorem litt. a Joanne XXII Alberto, Laudunen., Joanni, Belvacen., ac Andreæ, Atrebaten. ep.is, et Theobaldo, electo Tornacen., directarum (VII id. sept., an. XVIII°) super informatione facienda de impedimentis regis Franciæ transmarinum Passagium retardantibus, sumptum ex regesto dicti P. P. perinde valere sicut facerent prædictæ originales litt., si extarent. (*V.* 119, n. 936.)

Ut s. Gr. pro card.

2398. — Mand. *Angelo, ep.o Viterbien.*, ut citet ad Curiam Pandulphutium de Sabello, Joannem Cesii de Caputiis, Jacobum de Annibaldis de Cavis, Franciscum de Annibaldis, dictum de Setia, et Franciscum Guidonis Enichii Guidonis de Transtiberi, canonicos eccl. Lateranen., super occupatione bonorum ejusd. eccl. ab eis facta mandatis apost. parituros; ex petitione Bertrandi, s. Mariæ in Aquiro diac. card., archipr. dictæ eccl. (*V.* 119, n. 943; cf. 2396.)

4 (II non.) *dec.* T. X.

2399. — *Priori de Warter, Eboracen. di., et Dionysio Havenel, archid. Eastriding, ac Roberto de Valons, can. Eboracen.*, mand. ut registrum, seu consuetudinarium eccl. Lincolnien., per quod causæ quæ inter Antonium Beek, decanum et can. eccl. prædictæ, P. P. cap., ex una parte, et capit. ac canonicos ipsius eccl. ex altera, circa correctionem dictæ eccl. vertuntur in Palatio apost. melius definiri possent, quodque

Datum *Avenione.*

penes se habent, transcribi faciant, et ejus copiam et aliorum ad causas hujusmodi facentium transmittant. (*V.* 119, n. 912; Bliss, II, p. 520.)

5 (non.) *dec.* T. XX. — **2400.** — Gratia canon. sub exspect. præb. et dignit. facta *mag. Galtero de Boureto* in eccl. Autissiodoren. plenum et debitum obtinere debet effectum, ac si in litt. hujusmodi gratiam continentibus valoris beneficiorum, quæ ipse obtinebat tunc temporis, plena et expressa mentio haberetur. (*V.* 119, n. 962.)

Ut s. — T. XI. — **2401.** — Reservatio canon. et præb. eccl. Rothomagen., per obit. Joannis de Leonibus vac., a Joanne XXII facta, perinde valere debet ac si litt. desuper factæ fuissent. (*A.* 50, f. 380.)

9 (v id.) *dec.* — **2402.** — *Jacobo, ep.o Brixien.*, mand. ut ad eccl. suam cum gratia apost. benedictionis accedat. (*V.* 120, n. 889.)

Ut s. — **2403.** — *Petro, abb. monast. Solemniacen., O. S. B., Lemovicen. di.*, mand. ut ad monast. suum cum gratia apost. benedictionis accedat. (*V.* 120, n. 888.)

10 (IV id.) *dec.* T. XX. — **2404.** — *Abbatibus s. Crispini majoris, et s. Leodegarii Suessionen., ac s. Joannis in Vineis, Suessionen. di.*, mand. ut citent ad Curiam Nicolaum, abb. monast. s. Medardi Suessionen., O. S. B., de quibusdam criminibus et excessibus accusatum, cum omnibus actis et munimentis, si quæ habet, contra Oddonem de Castellione, mon dicti monast., super damnis et gravaminibus ab ipso eidem Oddoni illatis justitiæ. pariturum. (*V.* 119, n. 938.)

13 (id.) *dec.* T. XII. — **2405.** — *Abb. monast. Fuxen., Appamiarum di.*, mand. ut Raimundo, abb. monast. s. Martini de Canigone, O. S. B., Elnen. di., faciat satisfieri de omnibus quæ ipsi debebantur, tempore quo erat præp. præposituræ de Ravato, dicti ord., Appamiarum di. (*V.* 119, n. 958.)

17 dec. (XVI kal. jan.) — **2406.** — *Abb. s. Vincentii Bisuntin., et sacristæ Vivarien., ac cantori s. Pauli Lugdunen.*, mand. ut omnia bona ad abbatialem mensam Joannis, abb. monast. s. Reneberti Juren., O. S. B., Lugdunen. di., per prædecessores suos alienata, ad jus et proprietatem ipsius monast. revocent. (*V.* 120, n. 887.)

20 dec. (XIII kal. jan.) T. XXX. — **2407.** — *Alfonso, Aragoniæ, Sardiniæ et Corsicæ regi*, conceduntur litt. de receptione homagii facti per procuratorem et nuntium suum Rom. Eccl., pro regnis Sardiniæ et Corsicæ supradictis. (*V.* 119, n. 960; Raynaldi, 1335, XL.)

23 dec. (X kal. jan.) — **2408.** — *Ep.o Pragen.*, mand. ut quædam ordinata per Lupum Simlonis, de Praga, sacristam eccl. Pragen., circa donationem bonorum quorumdam suorum eccl. prædictæ confirmet. (*V.* 120, n. 891.)

3 (III non.) *jan. 1336.* — **2409.** — *Mag. Bernardo de Casis, subdecano eccl. s. Martini Turonen.*, mand. ut bona Joannis, quond. ep.i Veneten., exsecutoribus testamenti præfati ep.i relaxet. (*V.* 120, n. 890.)

? — **2410.** — Reservatio canon. et præb., ac archidiac. Brabantiæ a Joanne XXII facta in eccl. Cameracen., perinde valet ac si de dicta reservatione litt. apost. bullatæ fuissent. (*V.* 120, n. 897, *rub.*)

Ut s. — **2411.** — *Mag. Arnaldo de Verdala, dec. eccl. s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di.*, mand. ne de ordinibus s. B. et Clun. eorumque personis quomodolibet se intromittat. (*V.* 120, n. 893, *rub.*)

Ut s. — **2412.** — *Ep.o Castren., et abb. monast. Lesaten., Riven. di., ac sacristæ Vauren.*, mand. ut compellant rectores, priores et administratores, in parte archidiaconatus Ulmesii, quæ in Appamiarum et Mirapiscen. di. noviter erectis existit, constitutos, ut Bertrando de Villanova, archid. Ulmesii in eccl. Tolosan., de universis juribus ipsi ratione dicti archidiac. debitis respondeant. (*V.* 120, n. 892.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI I (1335)

9 (v id.) *jan. 1335.* **2413.** — Intimatio benedictionis et coronationis pontificis, quæ nulli adhuc nuntiata fuerat, facta *Philippo, regi Franciæ* primordialiter, inter alios principes orbis terræ, catholicæ fidei professores, prædilecto. (*A.* 48, f. 345; *V.* 119, *de cur.*, n. 1; Daumet, *Ben. XII*, n. 2.)

Ut s. **2414.** — Duodecim intimationes benedictionis et coronationis P. P. Roberto, Siciliæ, Carolo, Hungariæ, Joanni, Bohemiæ, Eduardo, Angliæ, Roberto, Suetiæ, Alfonso, Portugaliæ, Alfonso, Castellæ, Hugoni, Cypri, Alfonso, Aragonum, Philippo, Navarræ, Casimiro, Poloniæ, et Leoni, Armeniæ regibus transmissæ. (*A.* 48, f. 345 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 1.)

Ut s. **2415.** — Sequuntur XLIX aliæ intimationes fere similes directæ nobilibus viris Joanni, primogenito Philippi, Francorum regis, duci Normanniæ; Ludovico, duci Borbonesii; Joanni, duci Duracii, filio Caroli, regis Siciliæ; Joannæ, reginæ Franciæ; mag., prioribus et commendatoribus, ac fratribus Hospitalis ord. b. M. Teutonicorum, Hierosolymitan.; Carolo, comiti Alenconii; Joannæ, reginæ Navarræ; Philippæ, reginæ Angliæ; Isabellæ, reginæ Angliæ; mag., prioribus, præceptoribus et fratribus ord. Calatraven.; abb. monast. Cluniacen., Matisconen. di., cæterisque coabbatibus, ac decanis decanatuum et aliis prælatis, eorumque conventibus, Clun. ord.; abb. monast. Præmonstraten., Laudunen. di., cæterisque coabbatibus, et prælatis, eorumque conventibus Præm. ord.; generali, cæterisque provincialibus prioribus, et fratribus ord. b. M. de Monte Carmeli; generali, cæterisque prioribus, eorumque conventibus Cart. ord.; abb. monast. Grandimonten., Lemovicen. di., ac prioribus prioratuum, eorumque conventibus Grandimonten. ord.; generali et cæteris provincialibus ministris, ac fratribus ord. Min.; mag. ac prioribus provincialibus et fratribus ord. Præd.; generali cæterisque provincialibus prioribus, ac fratribus ord. Hærem. s. A.; Joanni, duci Britanniæ; Santiae, reginæ Siciliæ; Eleonori, reginæ Aragonum; duci et communi Venetiarum, Castellan. di., Eccl. Rom. fidelibus; vicario et abb. populi ac communi civit. Januen., Eccl. Rom. fidelibus; potestati, capitaneo, prioribus, consilio, ac communi civit. Perusin., Eccl. Rom. fidelibus; potestatibus et universitatibus civitatum, castrorum et villarum Marchiæ Anconitanæ, ducatus Spoletani, comitatus Romandiolæ, Eccl. Rom. fidelibus; potestatibus et universitatibus civitatum, castrorum et villarum Campaniæ ac Maritimæ., Eccl. Rom. fidelibus;

Datum *Avenione.*

potestatibus et universitatibus terrarum et aliorum locorum Massæ Trabariæ, Eccl. Rom. fidelibus; Petro, comiti Empuriarum, filio Jacobi, regis Aragonum; Constantiæ, reginæ Armeniæ; Isabelli, reginæ Cypri; potestati et capitaneo, ac communi civit. Pisan., Eccl. Rom. fidelibus; potestati et capitaneo, consilio et communi civit. Senen., Eccl. Rom. fidelibus; senatoribus et populo Romanis, Eccl. Rom. fidelibus, et clero Urbis; abb. monast. Cistercii, cæterisque coabbatibus, et eorum conventibus Cist. ord.; (cf. Ciacconius, *Vit. Pontif. et card.*, II, col. 465); reginæ Suetiæ; reginæ Norwegiæ; Mariæ, reginæ Castellæ; Beatrici, reginæ Portugaliæ; potestati et capitaneo, vexillifero justitiæ et prioribus, consilio et communi civitatis Florentin., Eccl. Rom. fidelibus; Annæ, reginæ Poloniæ; Henrico, duci Wladislavien.; Boleslao, duci Bregen.; Lestkoni, duci Ratiborien.; Bolooni, duci Swidrucen. (*A.* 48, a. f. 346 ad f. 349; *V.* 129, *de cur.* n. 1.)

9 (V id.) *jan.* **2416.** — Intimationes fere similes transmissæ archiep.is Remen. (Raynaldi, an. 1334, XLVII), Lugdunen., Brundusin., Gneznen., Bracharen., Acherontin., Armachan., Ispalen., Salzeburgen., Colocen., Consan., Strigonien., Colomen., Viennen., Colonien., Bremen., Mediolanen., Toletan., Bisuntin., Baren., Bituricen., Magdeburgen., Rossan., Tolosan., Upsalen., Burdegalen., Ragusin., Eboracen., Cæsaraugustan., Nicosien., Aquen., s. Severinæ., Cusentin., Narbonen., Massanen., Tranen., Maguntin., Auxitan., Salernitan., Lunden., Hydruntin., Terraconen., Ravennaten., Tarentin., Pisan., Neapolitan., Beneventan., Syponten., Tarentasien., Panormitan., Capuan., Jadren., Arelaten., Nidrosien., Spalaten., Amalphitan., Rothomagen., Regin., Cantuarien., Compostellan., Antibaren. et Senonen.; necnon patriarchis Constantinopolitan., Aquilejen. et Hierosolymitan.; ac ep.is, et abbatibus, præpositis, decanis, archid.is, et aliis prælatis exemptis et non exemptis, in eorumdem archiepiscoporum et patriarcharum provinciis constitutis. (*A.* 48, f. 350, 351; *V.* 119, *de cur.*, n. 1.)

11 (III id.) *jan.* **2417.** — *Ad fut. rei mem.* Cathedrales eccl., monast., dignit. cæteraque benef. apud Sed. Ap. quoquomodo, seu etiam ubilibet, per obit. capellanorum, officialium, seu nuntiorum Sed. Ap., aut per assecut. alterius benef. litt. apost. auctoritate collati, seu conferendi vac. et in posterum vacat., collat. et dispositioni apost. reservantur. (*V.* 120, n. 2, *de cur.*, cf. n. 2459.)

Ut s. **2418.** — *Ad fut. rei mem.* Reservatio omnium patriarchalium, archiepiscopalium et episcopalium eccl. et etiam monasteriorum, prioratuum, dignitatum, personatuum et officiorum, nec non canon., præb. et eccl., cæterorumque benef. diversis modis hic longo ordine recensitis vacaturorum. (*A.* 48, f. 377.)

13 (id.) *jan.* **2419.** — Mand. *mag. Joanni de Coiordano,* rectori eccl. de Antiochia, Mirapiscen. di., P. P. cap., ut inquirat et justitiam faciat super oppressionibus et extorsionibus indebite factis, ac gravaminibus diversis personis in Rom. Curia tempore Joannis XXII et subsequenter post ipsius obit. Apost. Sed. vac. multipliciter illatis. (*A.* 48, f. 354; *V.* 119, *de cur.*, n. 4; Theiner, *Cod. dipl.*, t. II, n. 1.)

15 jan. (XVIII kal. feb.) **2420.** — *Petro, ep.o Aurasicen.*, committitur usque ad Sed. Ap. beneplacitum rectoria Comitatus Venaissini in spiritualibus et temporalibus. — In e. m. universis ep.is et electis, abbatibus, prioribus, decanis, etc., per comitatum Venaissini constitutis. (*A.* 48, f. 353; *V.* 119, n. 2, *de cur.*; Daumet, n. 7, 8.)

Ut s. **2421.** — Mand. *dicto rectori,* ut inquirat contra officiales et servientes prædicti Comitatus, qui extorsiones, ac oppressiones, aliaque gravamina personis ipsius Comitatus indebite intulerunt, et desuper justitiam studeat ministrare. (*A.* 48, f. 354; *V.* 119, *de cur.*, n. 3.)

Datum *Avenione.*

18 jan. (xv kal. feb.)

2422. — Facultas *eidem rectori* concessa compellendi quoscumque usurpatores et oppressores locorum et jurium, ad Rom. Eccl. in prædicto Comitatu pertinentium, etiam pontificali, vel quavis alia dignitate fulgentes, et in eodem Comitatu vel vicinis partibus commorantes, ut ab hujusmodi usurpationibus omnino desistant, et de commissis debitam satisfactionem impendant. (*A.* 48, f. 354 v°; *V.* 119, n. 6, *de cur.*; Daumet, n. 15.)

Ut s.

2423. — *Galhardo de Balaguerio, archid. Amiliani, et Fortanerio de Gordonio, can. Ruthenen., ac officiali Ruthenen.*, mand. ut citent personaliter Aldebertum de Petraforti, operarium, Berengarium Mercerii, Bertrandum de Balaguerio seniorem, Olricum Saumate, et Joannem de Liberalibus, canonicos eccl. Ruthenen. (*A.* 48, f. 354 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 5; Daumet, n. 14.)

Ut s.

2424. — Mand. *mag. Petro de Castaneto, archid. Belvacen., P. P. cap., ducatus Spoletan. rectori*, ut, juxta tenorem litt. Joannis XXII, personaliter citet mag. Offrenducium de Spello, P. P. scrip., qui propter detestanda crimina in prædicto ducatu commissa diutius detentus fuit captivus. (*A.* 48, f. 355; *V.* 119, n. 7, *de cur.*)

31 jan. (II kal. feb.)

2425. — *Archiep.o Bremen. ejusque suffraganeis*, mand. ut super contentis in litt. a Joanne XXII eisdem directis, concernentibus factum Passagii generalis, exacta diligentia observata, procedant juxta continentiam earumdem. — In e. m. archiep.o Eboracen. ejusque suffraganeis; archiep.is Lundunen., Toletan., Gneznen., Mediolanen., Strigonien., Capuan., Sipontin., Tarentin., Regin., Sanctæseverin., Messanen., Amalphitan., Turritan., Cusentin., Baren., Parnomitan., Neapolitan., Montisregalis, Caminen., Calaritan., Januen., Consan., Hydruntin., Surrentin., Salernitan., Arboren., Beneventan., Maguntin., Colocen., Magdeburgen., Nidrosien., Ragusin., Cantuarien., Nicosien., Spalaten., Compostellan., Cassellen., Dublinen., Tuamen., Teban., Ravennaten., Bracharen., Jadren., Salzeburgen., eorumque suffraganeis; patriarchis Aquilejen. et Constantinopolitan., eorumque suffraganeis; archiep.is Upsalen., Patracen., Colonien., eorumque suffraganeis; Angelo, Viterbien. et Tuscanen. ep.o; ep.o Casinen., et universis aliis ep.is exemptis per terram regni Siciliæ citra Pharum constitutis; archiep.o Pisan., et universis ep.is exemptis per Tusciam et terras Eccl. Rom. immediate subjectas constitutis. (*V.* 120, n. 1, *de cur.*; Riezler, 1700; Daumet, n. 19.)

15 feb. (xv kal. mart.)

2426. — Translatio facta in abb. monast. Bolbonæ, Cist. ord., Mirapiscen. di., totius juris, jurisdictionis et potestatis, quæ abb. monast. Grandissilvæ, ejusd. ord., Tolosan. di., patriabbati monast. Fontisfrigidi, dicti ord., Narbonen. di., competerent, si excommunicatus non esset, circa electionem abbatis in dicto monast. Fontisfrigidi (per obit. Arnaldi vac., cui Pontifex, cum in minoribus ageret, ut proprius abbas præfuit) celebrandam et confirmandam; attento quod abb. monast. Clarevallen., ord. præfati, Lingonen. di., nimis remotus existit, et propter visitationis officium quod exercet quasi continue ignoratur ubi posset personaliter inveniri. Prorogatur per xv dies tempus electionis hujusmodi a jure concessum. (*A.* 48, f. 355 v°; V. 119, *de cur.*, n. 8; Daumet, n. 23.)

6 (II non.) *mart.*

2427. — Revocato Angelo, ep.o Viterbien. et Tuscanen., a Joanne XXII delegato, *Joannes, ep.us Anagnin.*, deputatur *vicarius Urbis in spiritualibus*, usque ad Apost. Sed. beneplacitum. (*A.* 48, f. 356 v°; *V.* 119, n. 11, *de cur.*)

Ut s.

2428. — *Mag. Joanni Piscis, rectori eccl. de Esculenchis, Narbonen. di., ad Urbem destinato*, mand. ut de reparatione Basil. Princ. Apost. de Urbe et Apost. Palatiorum dictæ Urbis et in ea necessariis se informet et referat, et illos qui detinent pecunias a Joanne XXII pro reparatione hujusmodi illuc missas citet ad Curiam, de illis ra-

Datum *Avenione.*

tionem Cameræ reddituros, et si aliqua in dictis Basilica et Palatiis interim sint « sostanda », illa cum dictis pecuniis sostari faciat et fulciri. (*A.* 48, f. 356; *V.* 119, *de cur.*, n. 10: *Bull. Basil. Vat.* I, p. 287.)

9 (VII id.) *mart.* **2429.** — Securus conductus pro prædicto *Joanne Piscis*, præsentium exhibitore. (*A.* 48, f. 356; *V.* 129, *de cur.*, n. 9.)

17 mart. (XVI kal. apr.) **2430.** — *Ad perp. rei mem.* Declaratio Joannis XXII de visione animarum sanctarum notificatur Christifidelibus. (*A.* 48, f. 357; *V.* 119, *de cur.*, n. 12; Raynaldi, 1334, XXXV.)

3 (III non.) *apr.* **2431.** — Deputatur *mag. Guillelmus Audeberti, can. Petragoricen., uti vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus eccl. Avenion.*, administrationi Apost. reservatæ, et diutius per Joannem XXII usque ad obit. suum gubernatæ. — In e. m. clero et populo civit. et di. Avenionen. (*A.* 48, f. 357 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 13; cf. n. 39e.)

7 (VII id.) *apr.* * **2432.** — *Gasbertus, ep.us Arelaten., apost. Camerarius, et mag. Guido Radulphus, thesaur. apost.* liberantur, absolvuntur et quittantur ab administratione et assignatione thesauri apost. Bona ipsorum ac Ademarii quond. ep.i Massilien., thesaur. apost., similiter liberantur. (*A.* 48, f. 358; *V.* 119, *de cur.*, n. 14.)

4 (II non.) *apr.* **2433.** — Hortatoria *senatoribus, et populo Urbis*, ut cum honore recipiant Bertrandum, archiep.um Ebredunen., nuncium ad Urbem destinatum ad sedandam periculosam discordiam, quam inter nonnullos ejusd. Urbis nobiles et magnates, præsertim inter domos Ursinorum et Columnensium, suscitare studuit pacis hostis. (*A.* 48, f. 360; *V.* 119, *de cur.*, n. 17.)

Ut s. **2434.** — Facultas dicto *archiep.o Ebredunen.*, nuntio, concessa indicendi treugas, quæ pacis repræsentant imaginem, usque ad tempus de quo ipsi videbitur. (*A.* 48, f. 360 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 18.)

Ut s. **2435.** — Facultates eidem concessæ revocandi et dissolvendi quascumque colligationes, confœderationes et ligas inter supradictos dissidentes factas. (*A.* 48, f. 361; *V.* 119, *de cur.*, n. 19.)

4 (IV non.) *maii.* **2436.** — Mand. eidem *Bertrando, archiep.o Ebredunen.*, ut ad præsentiam Frederici, regis Trinacriæ, personaliter se conferens, eum omnibus viis et modis hortetur et inducat ut, tamquam princeps catholicus, jam ætate maturus, de sua salute recogitet, ad Eccl. devotionem et obedientiam ac fidelium comunionem redeat, et insulam Siciliæ, per quond. Petrum, regem Aragonum, ipsius patrem, in Eccl. Rom. contemptum, occupatam, et postmodum, usque ad tempus pacis inter dictum Fredericum et cl. m. Carolum, regem Siciliæ, reformatæ, ac per Sed. Apost. confirmatæ, ab eodem Frederico indebite detentam, denuoque, post contractum matr. cum Alionora, regina Trinacriæ, dicti Caroli filia, ejusdem pacis roboratorium, invasam, restituat; necnon solutionem census 3,000 unc. auri a dicto Frederico Eccl. Rom. pro dictis insulis annis singulis debiti, a qua per annos plurimos cessavit, integre faciat; bona et jura ecclesiarum suis usibus applicata restituat, et personas quamplurimas apostatas et schismaticas, quas (quod P. P. mentem acriter pungit) in dicta insula Siciliæ admisit, et ut illicita prædicarent permisit, acriter corripiat. (*A.* 48, f. 369 v°; *V.* 119, n. 27, *de cur.*)

Ut s. **2437.** — P. P. principem Fredericum, regem Trinacriæ, hortatur ut antedictum archiep.um Ebredunen. benigne recipiat, eique referenda super præmissis pro parte P. P. credat, ac illa deducat ad votivæ ac speratæ exsecutionis effectum. (*A.* 48, f. 370 v°; *V.* 119, n. 28, *de cur.*; Raynaldi, 1335, LI.)

6 (II non.) *maii.* **2438.** — Facultas *eidem nuntio* concessa requirendi, monendi et efficaciter inducendi quoscumque occupatores civitatum, castrorum, ac aliorum jurium et bonorum

Datum *Avenione.*

ad Rom. Eccl. in suæ legationis provinciis pertinentium. (*A.* 48, f. 861; *V.* 119, *de cur.*, n. 20.)

6 (II non.) *maii.* **2439.** — Potestas *eidem* concessa procedendi contra præfatos occupatores per inflictionem, promulgationem et exagerationem pœnarum spiritualium et temporalium, de quibus ipsi videbitur. (*A.* 48, f. 361; *V.* 119, *de cur.*, n. 21.)

Ut s. **2440.** — Mand. *eidem,* ut officii sui laborem amplectens prompta obedientia et assumens, ad Campaniam Maritimamque, civitatem Beneventan., Patrimonium b. Petri in Tuscia, ducatum Spoletan., Marchiam Anconitan., Romandiolam, Bononiam, Ferrariam, et alias terras et provincias ad Rom. Eccl. in partibus Italiæ spectantes, personaliter se conferat. (*A.* 48, f. 361; *V.* 119, *de cur.*, n. 22.)

Ut s. **2441.** — Mand. *Campaniæ Maritimæque, et aliarum provinciarum prædictarum rectoribus, thesaurariis et officialibus quibuscumque,* ut eidem nuntio plenarie pareant. (*A.* 48, f. 362; *V.* 119, *de cur.*, n. 23.)

Ut s. **2442.** — Mand. simile directum *universis archiep.is, ep.is, electis, abbatibus,* [*etc.*] *et aliis rectoribus ecclesiarum, ac personis ecclesiasticis, comitibus quoque, baronibus, et aliis,* [*etc.*] *in terris prædictis constitutis.* (*A.* 48, f. 362 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 24.)

Ut. s. **2443.** — Hortatoria *patriarchis, archiep.is et ep.is, ac electis, abbatibus,* [*etc.*] *domorum Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, s. M. Teutonicorum, Calatraven., et Humiliatorum magistris, prioribus,* [*etc.*] *cæterisque personis eccl., exemptis et non exemptis, ad quos præsentes litt. pervenerint,* ut Bertrandum, archiep.um Ebredunen., Ap. Sed. nuntium, ad Urbem et certas alias partes destinatum, benigne recipientes, ipsi securum conductum præbeant, ac pro suis et familiarium suorum necessariis decem flor. auri singulis diebus, eundo, morando et redeundo liberaliter tribuant. (*A.* 48, f. 359 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 15.)

Ut s. **2444.** — Requisitio facta *Roberto, regi Siciliæ,* ut dicto Ebredunen., et Joanni, Neapolitan. archiep.is, vel eorum alteri, ligium, homagium, et plenum ac ligium vassallagium faciat, necnon solitum juramentum fidelitatis præstet pro regno Siciliæ, ac tota terra quæ est citra Pharum, usque ad confinia terrarum Rom. Eccl. (civitate Beneventan., cum toto territorio ac omnibus districtibus et pertinentiis suis per P. P. distinctis, vel in posterum distinguendis dumtaxat exceptis, quæ præfata Eccl. sibi specialiter reservavit); non obstante quod propter præmissa idem rex ad Sed. Apost. accedere personaliter tenetur, super quo hac vice excusatus habetur juxta petita. (*A.* 48, f. 362 v°; *V.* 119, n. 25, *de cur.*; Raynaldi, 1335, XLIV; Daumet, n. 49.)

Ut s. **2445.** — Mand. *præmemoratis archiep.is,* ut homagium, vassallagium, et juramentum prædicta recipiant, et desuper ipsius regis patentes litt. aurea bulla communitas P. P. deferre procurent, in archivo Rom. Eccl. conservandas. — Sequitur forma juramenti ab eodem rege præstandi, in quo, inter cætera innumerabilia, cavetur quod nunquam dictus rex procurabit ut ipse eligatur vel nominetur in regem vel imperatorem Romanorum, vel regem Teutoniæ, seu dominum Lombardiæ, aut Tusciæ, seu majoris partis earum, et si contigerit eum eligi, nullum hujusmodi electioni assensum præstabit, sub pœna amissionis ipso facto regni Siciliæ et terræ prædictorum. — Item, si non exstantibus masculis, femina in eisdem regno et terra successerit, illa regi vel imperatori Romanorum, vel electo in regem Teutoniæ, seu domino Lombardiæ, vel Tusciæ, nunquam matrimonialiter copuletur, sub eadem pœna amissionis. — Item, si aliquis hæredum dicti regis in imperatorem electus transire voluerit ad Imperium, in manu prius Romani P. P. filium suum successurum in regno, cujuscumque fuerit ætatis, emancipabit, et ipse regno renunciabit, et dictus filius,

Datum *Avenione.*

quamdiu minor existet, sicut et regnum ipsius in custodia Rom. Eccl. remanebit. — Item, quod regnum Siciliæ et terra prædicta Imperio nullo modo subdentur, seu sibi nullo unquam tempore in eadem persona quomodolibet unientur; et hoc de regno Teutoniæ, seu Lombardia, vel Tuscia intelligitur esse dictum. — Item, pro toto generali censu ipsorum regni et terræ 8,000 unc. auri ad pondus ipsius regni in festo b. Petri persolvet. — Item, in quolibet triennio dabit Papæ unum palafredum album, pulchrum, et bonum, in recognitionem veri dominii. — Item, quod quandocumque Rom. Eccl. indigebit, super quo simplici verbo P. P. standum erit, ad Urbem et in omnes alias terras ipsius Eccl. per Italiam, trecentos milites, equis et armis bene ac decenter munitos et paratos, ita quod unusquisque ipsorum habeat quatuor « equitaturas » vel tres ad minus, in Eccl. supradictæ subsidium transmittet per tres menses integros, suis sumptibus et stipendiis, semel tamen in anno, in servitio ejusdem Eccl. moraturos. Quod si maluerit Eccl. eadem navalem habere exercitum, prædictos milites in navale stolium commutabit. — Revocantur statuta per Fredericum, Romanorum imperatorem, vel per reges Siciliæ, sive per Conradum, ipsius Frederici filium, aut Manfredum, quond. principem Tarentin., qui de facto regnum ipsum detinuit, contra ecclesiasticam libertatem edita. — Sequitur promissio restituendi libertati captivos et obsides, si qui tenentur in regno, Romanos regnicolas et alios de terra Eccl., Tuscos, Lombardos et illos de Marchia Trevisana; necnon salvandi hæredibus Ricardi, comitis Soran., germani Innocentii III, jus quod obtinent in comitatu Soran. (*A.* 48, f. 363-370 v°; *V.* 119, n. 26, *de cur.*)

7 (non.) *maii.*

2446. — Securus conductus pro dicto archiep.o Ebredunen. directus præfatis (n. 2443) *magistris, prioribus, et præceptoribus, necnon nobilibus viris ducibus, principibus,* [*etc.*] *cæterisque dominis temporalibus.* (*A.* 48, f. 360; *V.* 119, *de cur.*, n. 16.)

18 maii.
(xv kal. jun.)

2447. — Revocatio omnium commendarum cathedralium eccl., seu monasteriorum, aut quorumlibet prioratuum, dign., personatuum, officiorum, vel benef. sæcul. et regul., a quibuslibet Pontificibus, quibuscumque personis, sub quavis forma factarum, exceptis dumtaxat commendis quæ factæ fuerunt s. Rom. Eccl. cardinalibus. Reservantur eccl., monast., prioratus, dign., et benef. prædicta. (*A.* 48, f. 376; *V.* 119, *de cur.*, n. 34; Daumet, n. 57.)

16 jun.
(xvi kal. jul.)

2448. — Prorogatio solutionis decimæ sexennalis a Joanne XXII pro Passagio Terræ Sanctæ, Philippo, regi Franciæ, concessæ. (*A.* 48, f. 371 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 29; Daumet, n. 66.)

17 jun.
(xv kal. jul.)

2449. — *Ad futuram rei mem.* Constitutio de apostatis. — « Pastor bonus. » (*V.* 120, n. 3; *Bull. Rom.* (Cocquelines) *Ben. XII*, n. ii.)

4 (iv non.) *jul.*

2450. — Constitutio ne quis, cujusvis ord. mendicantium professor, sine P. P. licentia speciali plenam et expressam faciente de constitutione hujusmodi mentionem, ad aliquem Monachorum Nigrorum et Cist. ord. quoquomodo transire valeat. (*A.* 48, f. 372 v°; *V.* 119, *de cur.*, n. 30; *Bull. Rom.* (Cocquelines) *Ben. XII*, n. iii; Daumet, n. 75.)

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

1 (kal.) *sept.*

2451. — *Archiep.o Viennen., et s. Antonii Viennen., ac s. Rufi juxta Valentiam abbatibus*, mand. pro publicatione et aggravatione sententiarum excom. et interdicti incursarum per nob. Amedæum de Chambuliano, mil. Valentin. di., qui Partem de Giseleriis, ambasciatorem communis civit. Bononien., de Rom. Curia cum beneplacito et securo conductu apost. recedentem, et per castrum de Romanis, Viennen. di.,

Datum *Avenione.*

transeuntem, una cum Bonifacio de Flexo et Muzolino Antonii, ejusd. ambasciatoris sociis, violenter, cum equis, bonis, et rebus eorum captivavit, et in Apost. Sed. contumeliam detinet captivatos. (*A.* 48, f. 373; *V.* 119, *de cur.*, n. 32; Daumet, n. 98.)

3 (v non.) *oct.*

2452. — Mand. *ep.o Sagien*, ut quosdam maledictionis alumnos, qui per civit. et di. Sagien. more quæstorum discurrebant cum litt. apost. falsitatis vitium patientibus, quos carceri mancipavit, una cum inquisitione per ipsum desuper facta et facienda, sub tuta et fideli custodia P. P. quantocius destinare procuret. (*A.* 48, f. 373; *V.* 119, *de cur.*, n. 31; Daumet, n. 107.)

17 dec. (xvi kal. jan.)

2453. — Mand. *ep.o Majoricen.*, ut omnia et singula in litt. ipsi, sicut nonnullis aliis locorum ordinariis, super Passagio Terræ Sanctæ per Joannem XXII directis, in suis civit. et di., studeat exsequi diligenter, quamvis eædem litt., propter occupationem ejusd. Joannis P. P. seu cancellariæ suæ, transmissæ non fuerint. Inseruntur per extensum omnia et singula in eisdem litt. contenta et decernitur ut idem robur habeant quod haberent si bullæ confectæ et bullatæ fuissent. (*A.* 48, f. 373 v°; *V.* 119, n. 33, *de cur.*; Raynaldi, 1335, xxx.)

18 dec. (xv kal. jan.)

2454. — Revocatio omnium gratiarum exsp., reservationum et concessionum, per importunam instantiam a P. P. obtentarum, de benef. et dign. vacaturis; attento quod ex impetrantium multitudine ecclesiæ sunt plurimum prægravatæ. (*A.* 48, f. 376 v°; et t. 49, f° 423; *V.* 119, *de cur.*, n. 35; Daumet, n. 129.)

APPENDICES AD PRIMUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana, quae in capsula anni 1335 reperiuntur.

An. 1335.

2455. — Acta in causa Novarien., super quibusdam beneficiis. (Fragm. perg. long.)

Jan. 1335.

2456. — Computum avenæ marescalliæ equorum Benedicti XII, pro mense januarii an. 1335. (Chartac. quatern. 8 fol.)

7 (VII id.) *jan.*

2457. — Frater Guillelmus de Steguel, mon. monast. Rivipulli, O. S. B., Vicen. di., de sacristia dicti monast. possessionem arripit. (Perg. grand.)

Dat. *Aven.* 8 (VI id.) *jan.*

2458. — Benedicti XII bulla reservationis benef. vacantium in Curia. Mag. Joannes de Coiordano, can. Biterren., P. P. cap. et thesaur., deputatur collector. diversorum fructuum. (Orig. perg.)

Dat. *Aven.* 11 (III id.) *jan.*

2459. — Benedicti XII extravag. *Ad regimen* circa reservat. ecclesiarum, monasteriorum et benef. (Orig. perg. Cf. n. 2417.)

16 jan.

2460. — Die dominica ante festum s. Vincentii anni 1335, Guillelmus Astruc, Bertrandus Morerii, Arnaldus Garnerii et mag. Petrus de s. Martino, consules villæ Soricinii mandaverunt mag. Guillelmo de Paleriis, not. ordinario curiæ Soricinii, ut dom. Berengario Cotarelli, judici Lauraguesii pro rege Franciæ, mitteret et traderet informationem seu processum ab ipsis factum contra Guillelmum de Remejano, habitatorem s. Felicis, qui insultum in personam Petri Fornerii de Soricinio fecerat. (Perg. parv.)

Aven. 21 jan.

2461. — Opinio fratris Bartholomaei, abb. monast. Casæmarii, ord. Cist., Verulan. di. (qui antiquus dicitur scholaris P. P. Benedicti XII) circa visionem Animarum Sanctarum post mortem et ante generale Judicium; quam opinionem dicit opinioni ejusdem Pontificis esse conformem. (Perg. valde lacer.)

Dat. *Aven. 23 jan.* (X kal. feb.)

2462. — Benedicti XII epistola originalis ad *Petrum Marini, archid. Parmen., collectorem apost.*, ut ad Curiam accedat pro redditione rationum. (Perg.)

Ut s.

2463. — Benedicti XII epistola originalis ad *Bernardum Casæ, subdecanum eccl.s. Martini Turonen., collectorem apost.*, ut ad Curiam accedat pro redditione rationum. (Perg.)

Ut s.

2464. — Benedicti XII epistola originalis ad *Bernardum Feraldi, rectorem eccl. de Grezols, Regen. di., collectorem apost.*, ut ad Curiam accedat pro redditione rationum. (Perg.)

Dat. *Aven. 15 feb.* (XV kal. mart.)

2465. — Bened. XII bulla originalis pro *Joanne Andreæ,* paupere cler. Anicien. di., de aliquo benef. dictæ di. ipsi conferendo. (Perg.)

18 feb.

2466. — Neapoleonis de Romangia, electi Montisregalis, epistola ad Benedictum XII, de receptione litt. apost. super negotio generalis Passagii ultramarini. (Perg. parv. cum filo.)

4 apr. **2467**. — Joannes Acconis, Albertus Desiderii, Raimundus Natalis et Rostagnus Equeserii, cives Massilien., sese obligant ad armandum quatuor galeas, sumptibus suis, in servitium P. P. sub certis pactis. (Chart. long. Cf. n. **2478**.)

5 apr. **2468**. — Joannis Maurelli, locumtenentis et commissarii domini Stephani de Pinu, Cameræ Apost. auditoris generalis, sententia pro Friderico de Burgarellis, de Parma, contra Petrum Coroni, de Parma, super certa pecuniæ summa custodienda, tradita dicto Petro a præfato Friderico. (Perg. parv.)

30 apr. **2469**. — Fratris Arnaldi, archiep.i Beneventani, ad Benedictum P. P. XII epistola de receptione litt. Apost. circa negotium generalis Passagii ultramarini. (Perg. parv. cum filo cannabis.)

Datum *Avenione.* *23 maii.* (x kal. jun.) **2470**. — Benedicti XII epistola originalis ad *Raimundum de Alayraco, can. Arelaten.*, qua ei committit causam vertentem inter Bertrandum de Munilano, cler. Magalonen. di., ex parte una, et Martinum Jusselli, rectorem eccl. s. Pontii de Maliscanibus, aliosque cler. Agathen. di., ex altera, super quibusdam terris et debitis. (Perg. parv. lacer.)

3 jun. **2471**. — Eduardi, regis Angliæ epistola, de capitulis pacis initis cum rege Franciæ. (Lettre française : perg. grand.; Rymer, t. IV, p. 148.)

Aug. **2472**. — Acta quædam in causa vertente inter Guillelmum, præp., et capit. Minoricen., ex parte una, et conv. Minoricen., ord. Præd., ex altera, super jure sepulturæ. (Perg. grand.)

2473. — *Vacat.*

7 sept. **2474**. — Potestas et commune Vercellan. ratificant promissa et acta per ambaxiatorem et syndicum, ad obtinendam reconciliationem dictæ civit. ejusque districtus, propter adhæsionem Ludovico Bavaro, Petro de Corbaria, antipapæ, et Vicecomitibus, interdicto suppositorum. (Orig. perg., cum sigil. cereo pendente ; Riezler, 1752.)

30 dec. **2475**. — Nicolaus, electus abb. monast. s. Thomæ Torcellan., ord. Cist., constituit quosdam procuratores ad offerendum commune servitium. (Fol. perg.)

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni 1335, prout in inventario Garampiano jacent [1].

1335. **2476**. — Benedicti XII bulla, qua nuntio Tusciæ committit collectoriam spolii b. m. Theodorici, ep.i Fesulani. (*A. A. Instr.*)

1. Nous n'avons pu retrouver qu'un petit nombre de ces documents. La plupart ont disparu ou sont égarés dans des fonds divers. Ceux que Garampi a signalés par *A. A. Inst.* devraient avoir leur place parmi ceux que nous avons réunis dans l'appendice qui précède, car ils faisaient, croit-on, partie des *capsulæ* du fonds chronologique du Château Saint-Ange. Les pièces que Garampi accompagne d'une indication d'*armoire* et de *cassette* formaient et forment encore, celles du moins qui existent, une série spéciale, composée surtout de volumes et de cahiers. Nous en avons atteint quelques-unes ; elles sont signalées ici par la lettre *V* placée devant leur numéro d'ordre.

1335. **2477.** — Galhardi de Carceribus, nuntii Poloniæ, litt. ad Benedictum P. P. XII, de pecunia debita Cameræ Apost. a mercatoribus Cracovien. ex collectoria Poloniæ; de facultate procedendi contra ducem Bregen. et Nicolaum de Bona, can. Wratislavien., fortasse debitores Cameræ Apostolicæ. Item de debito decimæ capit. Bachien., ac de pace procuranda inter regem Hungariæ, vel Poloniæ, ac ep.um Cracovien. (*A. A. Instr.*)

5 apr. **2478.** — Benedicti XII epist. ad mag. Guillelmum de Ros, præp. eccl. Forojulien., cler. Cameræ Apost., pro conducendis quatuor galeis instructis a nob. Joanne Ottonis de Massilia, in subsidium imperii Romaniæ adversus Turcas. (*A. A. Instr.* Cf. n. 2467.)

6 (II non.) *maii.* **2479.** — Exemplar litt. Benedicti P. P. ad archiep.um Neapolitan., ut nomine s. Rom. Eccl. recipiat a rege Roberto juramentum fidelitatis pro regno Neapolitano. (*Arm. XIV*, caps. VIII, n. 45.)

19 maii. **2480.** — Syndici communis Vercellen. in consistorio coram P. P. confitentur crimina commissa, præsertim favorem Ludovico Bavaro et Vicecomitibus præstitum, etc.; petunt veniam et absolutionem a Pontifice ac promittunt obedientiam, et, inter alia, quod non invadent nec molestabunt civitates Placentin., Bononien., Lauden., Cremonen., Carvatium, Martinegium, Valentiam, Bassignanum, Castrumnovum, Busseadum, etc., castra seu terras quæ reguntur a Rom Eccl. — Die VII^a septembris, commune Vercellen. ratas habent has promissiones. (*A. A. Instr.*)

Actum *Avenione.* *19 maii.* [v] **2480** [a]. — Instr. publicum membraceum ubi Ottolinus Leonardus, Novariensis urbis procurator, in consistorio confitetur excessus commissos in s. Rom. Eccl. propter adhæsionem Ludovico Bavaro, Vicecomitibus et antipapæ, ac veniam petit, acceptando prius nonnulla capitula lecta ab ep.o Tusculan. Promittit inter alia dictus procurator quod Novarienses, Placentin., Bononien., et Lauden. civitates, Cremen., Carvatium, Martinegium, Valentiam, Bassignanum, Castrumnovum, Busseadum et Asulam aliaque loca, quæ reguntur a Rom. Eccl. non invadent, etc. — Item mand. procuræ annexum, 19 jan. an. 1335. (*Arm. IX*, caps. II, n. 5.)

25 jun. **2481.** — Exemplar litt. archiep.i Neapolitani ad Benedictum XII, de juramento fidelitatis præstito Sed. Apost. a rege Roberto, pro regno Neapolitano. (*Arm. XIV*, caps. VIII, n. 45.)

Datum *Neapoli.* *25 jun.* [v] **2482.** — Litt. Roberti, regis Siciliæ, quibus in manibus Bertrandi, Ebredunen., et Joannis, Neapolitan. archiepiscoporum, procuratorum a Bened. XII deputatorum, pro Sicilia et terra citra Pharum juramentum fidelitatis præstat, secundum formam investiturarum prædecessorum suorum. (Orig. perg., cum sigillo aureo. — *Arm. II*, caps. V, n. 30.)

26 jun. **2483.** — Instrum. juramenti fidelitatis præstiti Rom. Eccl. a Roberto, Siciliæ rege, in manibus archiepiscoporum Ebredunen. et Neapolitan. (*Arm. XIV*, caps. VIII, n. 52.)

23 jul. **2484.** — Benedicti XII epistola de informatione indulti testandi concessi b. m. Petro, Patriarchæ Hierosolym., administratori eccl. Ruthenen., et Petro, ultimo ep.o Ruthenen. (*A. A. Instr.*)

Ut s. **2485.** — Reservatio fructuum Ruthenen. eccl. vac. (*A. A. Instr.*)

2 aug. **2486.** — Ludovici imperatoris litt. credentiales pro nuntiis quos designat ut Benedicto XII obedientiam præstent, et ab eo veniam petant. (*A. A. Instr.*)

4 aug. **2487.** — Litt. credentiales Ludovici Bavari pro nuntiis missis ad Benedictum XII pro fœdere cum rege Franciæ ejusque filiis ineundo. (*A. A. Instr.*)

21 sept. **2488.** — Galhardi de Carceribus, nuntii Apost. in Polonia, epistola ad Benedictum XII, de negotiis collectoriæ dicti regni, de denario b. Petri debito a Wratisla-

vien. di., ac de credito 15,000 march. contra fratres Ord. Teutonici cesso Cameræ Apost. a Casimiro, Poloniæ rege. (*A. A. Instr.*)

Datum *Barchinonae.* *4* (IV non.) *oct*

[v] **2489.** — Litt. Alfonsi, Sardiniæ regis, sine sigillo aureo, in quibus procuratorem deputat ad præstandum homagium et fidelitatis juramentum Benedicto XII, juxta concessionem dictorum regnorum factam Jacobo, ejus patri, a Bonifacio VIII, pridie non. apr. an. XIII° (*Arm. II*, caps IV, n. 14; orig.)

III

Documenta quæ ad calcem Registri Avenionensis XLVIII, seu Benedicti XII anni primi, extant.

Annis *1299-1300.*

2490. — Computum collectorum decimarum a Petro ep.o Anagnin. deputatorum, in di. Anagnin.,regnante Bonifacio VIII; quæ computa in diversis partibus corrosa et in quisquiliis archivii reperta hic ad « impinguandum » volumen alligata fuerunt. (*A.* 48, f. 383; cf. De Loye, *Les Archives de la Chambre apostolique*, p. 199.)

Ut s.

2491. — Computa similia circa civit. et di. Alatrin., Terracin., Signin., Verulan., Sabinen., Ferentin., Triburtin., Velletren., Albanen., Interamnen. et Reatin.; ex quibus computis multæ haberi possunt notitiæ circa valorem monetarum Italiæ illius temporis. (*A.* 48, f. 403 v°.)

An. *1344.*

2492. — Litteræ Legationis Aymerici [de Chalus], tituli s. Martini in Montibus pr. card., in regno Siciliæ et terra ejusd. regni citra Pharum constituta, Apost. Sed. legato; quæ omnes ad regesta annorum II et III Clementis P. P. VI pertinent, numeroque XLII, a fol. 411 ad fol. 429 in præsenti regesto Aven. 48 existunt.

Tempore Clem. VI.

2493. — *Bertrando, s. Marci pr. card.*, ad regnum Siciliæ et totam terram ipsius regni citra Pharum, necnon ad Tusciam et ad nonnullas alias provincias Sed. Apost. legato, datur facultas concedendi XX cler. sæcul. vel regularibus suæ legationis ut in generali studio litteris insistendo, fructus omnium benef. suorum in absentia percipere valeant. (*A.* 48, f. 430.)

Ut s.

2494. — *A[ntonio], ep.o Gaietan., et J[oanni], electo Coronen.*, Apost. Sed. in Armenia legatis, conceditur facultas conferendi quæcumque benef. et dign. in partibus transmarinis. (*A.* 48, f. 430 v°.)

Ut s.

2495. — *Eisdem legatis* conceditur facultas dispensandi cum iis qui, renunciantes loco et dignitati episcopalibus, ad religionem aliquam transiverint, ut iterum ad episcopalem dignitatem, dummodo id non petant, eligi et assumi valeant. (*A.* 48, f. 430 v°.)

Datum apud *Laureum Montem*, prope Burdegalam.

13 (III id.) *oct. 1308.*

2496. — Litteræ quædam quibus titulus est : « Tractatus de iis quæ fuerunt acta circa passagium in concilio Viennen., » quæ ad regestum Clementis P. P. V pertinent : — Decernitur, ad instar statuti Nicolai IV et ad liberandam Terram Sanctam de manibus Sarracenorum, ut nullus arma, equos, ferrum, lignamina et alia victualia (sub pœna excom. ipso facto incurrenda, ac etiam sub pœna, quod si per-

sonas eorum taliter delinquentium capi contingat, in servitutem eorum sint in quorum ceciderint manus) in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum prædictorum terræ Ægypti deferre, vel mittere præsumat. Statuitur etiam ut talia præsumentes sint perpetuo infames, ita quod nec testari, nec legata percipere, nec ad officia publica admitti valeant. (*A.* 48, f. 431; *Reg. Clem. V.* (Cassin.) 2994.)

Ut s.

2497. — Mand. ut observetur et publicetur prædicta constitutio in omnibus mundi partibus. (*A.* 48, f. 431; *Reg. Clem. V*, 2995.)

Datum *Pictavis.* *11* (III id.) *aug. 1308.*

2498. — *Patriarchis, archiep.is et ep.is, ad quos præsentes litteræ pervenerint,* conceditur facultas commutandi vota cujusvis abstinentiæ et quarumcumque peregrinationum, ultramarina dumtaxat excepta, in pecuniarium subsidium exhibendum magistro et fratribus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, pro Passagio Terræ Sanctæ in vernali tempore prox. venturo faciendo, et per quinquennium prosequendo. (*A.* 48, f. 431 v°; *Reg. Clem. V*, 2996.)

Ut s.

2499. — *Præfatis patriarchis, archiep.is et ep.is* conceditur facultas dispensandi cum quibusdam ad regimen paroch. eccl. assumptis, vel assumendis, qui infra quinquennium præfatum, fructus unius anni paroch. eccl. (ratione cujus haberent infra annum ad presbyteratum promoveri) antedictis mag. et fratribus pro dicto subsidio exhibebunt, ut non teneantur usque ad quinquennium ad sacerdotium promoveri. (*A.* 48, f. 431 v°; *Reg. Clem. V*, 2997.)

Datum *Avenione.* *1* (kal.) *oct. 1313.*

2500. — Commissio datur *Nicolao, s. Eusebii pr. card.*, Apost. Sed. nuntio, ad imponendum Crucis signum Philippo, regi Franciæ, et filiis ac fratribus suis, necnon baronibus, militibus, et quibuslibet aliis tam de regno Franciæ, quam ad illud venientibus, ratione Passagii Terræ Sanctæ per ipsum regem sponte suscepti. Conceduntur indulgentiæ et privilegia dictum Passagium, ac Crucis signum suscipientibus. Ad ejusdem vero Passagii promotionem et Terræ Sanctæ liberationem pontifex fecit apud civit. Viennen. generale concilium convocari, in quo interfuerunt rex prædictus, Ludovicus, rex Navarræ, etc. (*A.* 48, f. 432.)

Ut s.

2501. — Mand. *universis abb., prioribus, decanis, cæterisque personis ecclesiast. sæcularibus et regularibus, exemptis et non exemptis in Coloniæ civit. et di. ac provincia constitutis* (prioribus, seu præceptoribus et magistris ac personis aliis et locis Hospitalis s. Joannis Hierosolymitan. et aliorum militarium ord. dumtaxat exceptis) ut decimam sexennalem, pro subsidio præfati generalis Passagii Terræ Sanctæ impositam, sine diminutione persolvant. (*A.* 48, f. 435 v°.)

Ut s.

2502. — Fragmentum cujusdam hortatoriæ *ep.o Autissiodoren., magistro Guillelmo de Pleseio, et abb. monast. s. Dionysii* directæ super rebus tangentibus antedictum Passagium generale per Philippum regem Franciæ susceptum. (*A.* 48, f. 436.)

Tempore Clem. V.

3729. — *Abb. monast. Vallisumbrosæ, Fesulan. di.*, patri abbati totius ord. Vallisumbrosæ, mand. ut facultatem concedat Roberto de Puppio, mon. monast. s. Reparatæ de Marradi, dicti ord., Faventin. di., se transferendi ad aliud monast.; attento quod propter guerras in illis partibus ingruentes et inimicitias capitales quas ratione consanguineorum suorum incurrit, in dicto monast. s. Reparatæ residere non potest, nec in alio recipi, quia ex nobilibus viris comitibus de Battifolle, qui quorumdam monast. dicti ord. sunt patroni, traxit originem; obstante statuto dicti ord. contrario. (*A.* 50, f. 375 v°; *V.* 122, n. 531.)

8 (VIII id.) *maii.* T. XL.

3730. — *Ep.o Lucan.*, mand. ut commutet votum per Bectecham, Ciomei Rodelossi viduam suæ di., olim emissum, ut si Deus duceret eam ad statum quod haberet certam pecuniæ quantitatem, (sine qua videbat quod in illis partibus aliqua mulier recipi non poterat in aliquo monast.) cum ipsa pecuniæ quantitate in aliquo monast. procuraret se recipi. Id autem adimplere non posset absque vitio simoniæ, dando pecuniam supradictam, juxta peritorum consilium. (*A.* 49, f. 141; *V.* 121, n. 240.)

10 (VI id.) *maii.* T. XX.

3731. — Suppletur omnis defectus, si quis forsitan existit, in confirmatione metropolitica auctoritate facta electionis *Hugonis*, can. eccl. Convenarum, in ep.um ejusd. eccl., per obit. Guillelmi vac. (*A.* 50, f. 379 v°; *V.* 122, n. 537.)

Ut s.

3732. — *Bernardo Sistre*, can. s. Hilarii Pictavien., in Anglia, Scotia, Vallia, et Hibernia apost. nuncio, conceditur ut tabellionatus off. duobus clericis idoneis in forma concedere valeat. (*V.* 131, f. 30, n. 90.)

14 (II id.) *maii.* T. X.

3733. — Testimoniales benedictionis apud Sed. Apost. per Annibaldum, ep.um Tusculan., impensæ *Petro abb. monast. s. Crucis Burdegalen., O. S. B.*; cum licentia recedendi de curia. (*A.* 50, f. 451; *V.* 122, n. 627.)

18 maii. (XV kal. jun.) T. X.

3734. — Testimoniales consecrationis *Hugoni, ep.o Convenarum*, per Annibaldum, ep.um Tusculan., impensæ; cum licentia recedendi de curia. (*A.* 50, f. 452; *V.* 122, n. 631.)

22 maii. (XI kal. jun.) T. XIV, X, X; gr.

3735. — *Gasberto, archiep.o Arelaten., P. P. Camerario*, indulgetur ut confessor quem elegerit possit ei semel in mortis articulo plenam remissionem peccatorum concedere; præterea ut possit eligere confessorem, qui ei absolutionem impendat in omnibus casibus præterquam Apost. Sed. reservatis; tandem conceditur facultas testandi. (*A.* 49, f. 103; *V.* 121, n. 164, 165, 166.)

Ut s. — T. XX.

3736. — Obtentu Philippi, regis Franciæ, habilitatur *Gervasius, filius nob. Gaufridi Clerembaudi*, mil., cler. Andegaven., super eo quod in ætate XIII annorum existens, de canon. et præb. eccl. s. Laudi juxta Andegavos annexis cantoriæ ejusd. eccl. et etiam de dicta cantoria, quæ dignitas est, provisus fuit et per plures annos illos possedit. Nunc tamen dictos canon., præb. et cantoriam, quibus libere in præsentia P. P. renunciavit, realiter dim. tenetur. (*A.* 49, f. 138 v°; *V.* 121, n. 235.)

Datum *Avenione.*

25 maii. (VIII kal. jun.) T. X.

3737. — *Raimundo, abb. monast. Montismajoris, ad Rom. Eccl. nullo medio pertin., O. S. B.*, Arelaten. di., indulgetur ut civitatem Avenion., quamdiu Curiam Rom. apud eam contigerit residere, intrare et ab ea exire libere valeat absque P. P. licentia speciali, vel quacumque visitatione facienda; dummodo semel in anno, pontificem et cardinales personaliter visitet; attento quod pro defendendis juribus dicti monast. et exsequendis negotiis quæ cum officialibus Roberti, regis Siciliæ, comitisque Provinciæ habet necessario expedire, sæpissime eum civitatem præfatam intrare et exire ab ea oportet. (*A.* 49, f. 162; *V.* 121, n. 286.)

27 maii. (VI kal. jun.) Gr. pro Audit.

3738. — Reintegratio *Bernardi de Novodomno*, rectoris paroch. eccl. s. Stephani de Vazegia, Tolosan. di., L. D., P. P. cap. ad statum in quo existebat ante resignat. factam ab eo ex causa permutationis cum paroch. eccl. de Luco et de Lacu invicem annexis, Ruthenen. di. (*A.* 49, f. 170 v°; *V.* 121, n. 304; cf. n. 3749.)

1 (kal.) *jun.* T. XXIV.

3739. — *Petro, ep.o Prænestin.*, conceditur facultas recipiendi etiam apud Sed. Ap. resignationes canon. et præb. eccl. Trajecten. per Reynaldum de Westerburch, P. P. cap., ac personatus de Schabervich, Trajecten. di., per Joannem Spirinch, ex causa permutat. respective faciendas, eosdemque canon. et præb. dicto Joanni, ac personatum dicto Reynaldo conferendi. (*A.* 50, f. 146 v°; *V.* 122, n. 132.)

10 (IV id.) *jun.* T. XII.

3740. — Indult. celebrari faciendi missam in locis interdicto suppositis conceditur *Guidoni, comiti Foren.*, et Joannæ, ejus uxori. Sequitur indult. habendi altare portatile. (*A.* 50, f. 384 v°; *V.* 122, n. 554, 555.)

14 jun. (XVIII kal. jul.) T. XII.

3741. — *Ep.o Andegaven.*, mand. ut Radulpho, priori eleemosynariæ de Brachessac, Andegaven. di., per quond. Petrum de Camiliaco, dominum dicti loci de Brachesac pluribus bonis augmentatæ, concedat ut oratorium per dictum Petrum constructum consecrari valeat; attento quod idem prior paratum se offert cum paroch. eccl. dicti loci concordare. (*A.* 49, f. 162; *V.* 121, n. 288.)

16 jun. (XVI kal. jul.) T. XVI.

3742. — *Neapoleoni, electo Montisregalis*, indulgetur ut usque ad festum s. Michaelis prox. futurum non teneatur presbyt. ord. nec munus consecrat. recipere. (*A.* 49, f. 271 v°; *V.* 121, n. 477.)

17 jun. (XV kal. jul.) T. X.

3743. — Testimoniales consecrat. *Laupoldi, ep.i Bambergen.*; cum licentia recedendi de curia. (*A.* 50, f. 408; *V.* 122, n. 656; Riezler, 1818.)

Ut s. — T. X.

3744. — Testimoniales consecrat. *Thomæ, ep.i Marsican.*; cum licentia recedendi de curia. (*A.* 50, f. 408 v°; *V.* 122, n. 657.)

Ut s. — T. X.

3745. — Testimoniales consecrat. per Petrum ep.um Prænestin. in Rom. Cur. impensæ *Garsiæ, ep.o Tuden.* (*A.* 50, f. 455 v°; *V.* 122, n. 641.)

22 jun. (X kal. jul.) T. X.

3746. — Assignatur palleum *Gotio, patriarchæ Constantinopolitan.* (*A.* 50, f. 455 v°; *V.* 122, n. 642.)

3747. — *Vacat.*

25 jun. (VII kal. jul.) T. XIV.

3748. — *Roberto, regi Siciliæ*, in senium jam declinanti, indulgetur ut post ejus decessum corpus ipsius postquam incineratum et carnis tegumento nudatum extiterit in quatuor partes dividi, et ossa in quatuor monasteriis sepeliri valeant. (*A.* 49, f. 203; *V.* 121, n. 361.)

26 jun. (VI kal. jul.) T. XVI.

3749. — Reductio *Bertrandi de Carceribus*, rectoris paroch. eccl. de Luco et de Lacu, invicem annexarum, Ruthenen. di., in leg. bac., ad statum in quo existebat tempore resignationis, ex causa permutationis per ipsum factæ de eisd. eccl. cum Bernardo de Novodomno, P. P. cap., qui paroch. eccl. de Vazegia, Tolosan. di., obtinebat. (*A.* 50, f. 382; *V.* 122, n. 545; cf. n. 3738.)

Datum *Avenione.*

28 jun. (IV kal. jul.) T. X.

3750. — Testimoniales benedictionis impensæ *Arecho*, abb. monast. s. Bartholomæi de Azano, O. S. B., Asten. di. (*A.* 50, f. 455 v°; *V.* 122, n. 640.)

Ut s. — T. XX.

3751. — *Archiep.o Tolosan.*, mand. ut cum Raimundo Seguini de Altigiis, can. et infirmario eccl. Tolosan., O. S. A., bac. in decr., dispensare studeat ut ejus receptio in can. ejusd. eccl., necnon collat. ipsi facta de off. infirmariæ perinde valeant ac si inhibitio desuper facta per Bonifacium VIII reperta non fuisset, nec extracta de loco in quo latebat. (*A.* 50, f. 381; *V.* 122, n. 544; cf. n. 3603.)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.*

2 (VI non.) *jul.* T. X.

3752. — *Nob. Guillelmo de Hanonia, comiti Zellandiæ*, conceditur indult. celebrari faciendi sibi et duodecim famil. domesticis suis dumtaxat missam et alia divina officia in locis interdicto suppositis submissa voce et januis clausis. (*A.* 49, f. 307 v°; *V.* 121, n. 539.)

7 (non.) *jul.* T. XIX.

3753. — *Abb. et conv. monast. Cellæ Trecen., O. S. B.*, conceditur ut redditus et bona ad dictum monast. et priorat. s. Aygulfi de Pruvino, dicti ord., Senonen. di., ipsius monast. membrum ab antiquo spectantia, ad præfatum monast. et priorat. libere revertantur, juxta decretum Joannis XXII; non obstante quod Guillelmus, ep.us Sabinen., cui dictus priorat. ad vitam commendatus fuerat, nuper apud Sed. Ap. fuerit defunctus. (*A.* 49, f. 190 v°; *V.* 121, n. 339.)

15 (id.) *jul.*

3754. — *Archiep.o Rothomagen.*, mand. ut ep.o Abrincen., et decano, ac thesaur. eccl. Abrincen. largiatur licentiam permutandi vel vendendi certos annuos fructus in decimis, terris, possessionibus, et nonnullis rebus aliis consistentes, et 110 lib. tur. valorem annuum non exced., quos in insulis de Gerseyo, de Serc, et de Herm, Constantien. di., sub dominio Eduardi, regis Angliæ, percipiunt; attento quod propter locorum distantiam et maris gravissima pericula minus utilitatis quam laboris et oneris sæpe attulerunt; instante Joanne, ep.o Abrincen. (*A.* 50, f. 404; *V.* 122, n. 648.)

29 jul. (IV kal. aug.) T. X.

3755. — Testimoniales benedictionis impensæ per Bertrandum, ep.um Ostien., *Aimerico*, abb. monast. Aureliacen., ad Rom. Eccl. nullo med. pertin., O. S. B., s. Flori di. (*A.* 49, f. 205 v°; *V.* 121, n. 365.)

30 jul. (III kal. aug.)

3756. — *Joanni*, abb. monast. s. Maxentii de s. Maxentio, O. S. B., Pictavien. di., conceditur licentia recedendi de curia. (*V.* 122. n. 651.)

5 (non.) *aug.* T. VII.

3757. — *Guillelmo, electo Cameracen.*, conceditur facultas recipiendi minores et majores ordines a quocumque maluerit antistite. (*A.* 49, f. 206 v°; *V.* 121, n. 368.)

7 (VII id.) *aug.* T. X.

3758. — *Philippæ, reginæ Angliæ*, indulgetur ut confessor quem elegerit possit vota per eam forsitan emissa commutare, ultramarino et s. s. Petri et Pauli atque Jacobi apost. limina visitandi, ac continentiæ et castitatis votis dumtaxat exceptis. (*A.* 49, f. 228; *V.* 121, n. 409; Bliss, II, p. 531.)

Ut s. — T. X.

3759. — *Eidem* indulgetur ut confessor prædictus valeat cum ea dispensare, de consilio tamen medicorum, super jejuniis et esu carnium. (*A.* 49, f. 228; *V.* 121, n. 410; Bliss, *ibid.*)

Ut s. — T. X.

3760. — *Eidem* indulgetur ut confessor suus possit eam in omnibus casibus, præter quam Sed. Apost. reservatis, absolvere. (*A.* 49, f. 228; *V.* 121, n. 411; Bliss, *ibid.*)

16 aug. (XVII kal. sept.) T. XII.

3761. — *Chicus Mardoni*, de s. Severino, Camerinen. di., fit P. P. serviens armorum (*A.* 50, f. 464.)

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

18 aug.
(xv kal. sept.)
T. XII.

3762. — *Roderico Fernandi,* de Toleto, mon. monast. s. M. Vallis ecclesiarum, Cist. ord., Toletan. di., conceditur licentia redeundi ad proprium Præd. ord., a quo de licentia prioris provincialis egressus fuit. (*A.* 49, f. 229; *V.* 121, n. 414.)

19 aug.
(xiv kal. sept.)
T. X.

3763. — *Hellemberto, ep.o Sleswicen.,* ad biennium conceditur facultas reconciliandi per alium eccl. et cœmeteria suæ di., præsertim in Frisiæ ac Daciæ partibus, ad quas propter inimicitias capitales ac inundationes aquarum et viarum discrimina non valet accedere. (*A.* 50, f. 386 v°; *V.* 122, n. 562; Riezler, 1825.)

20 aug.
(xiii kal. sept.)
T. X.

3764 — Facultas similis conceditur *Borchardo, archiep.o Bremen.,* præsertim quoad partes Frisiæ et Hadeleriæ. (*A.* 50, f. 387; *V.* 122, n. 563; Riezler, 1826.)

21 aug.
(xii kal. sept.)
T. XVI.

3765. — Nob. *Infanti Fernando de Majoricis,* datur facultas contrahendi vel non contrahendi matrimonium, relaxato voto per ipsum in xi° ætatis suæ anno emisso quod castitatem servaret, super quo per Joannem XXII dispensatus fuit, et nonobstante cedula per eum Roberto, regi Siciliæ, tradita expresse continente quod voverat servare ad litteram testamentum et regulam s. Francisci, licet in rei veritate nequaquam ista vovisset. (*A.* 49, f. 215 v°; *V.* 121, n. 384.)

23 aug.
(x kal. sept.)
T. VIII.

3766. — *Bartholomæo, electo Aversan.,* conceditur facultas recipiendi minores et sacros ordines a quocumque maluerit antistite. (*A.* 49, f. 218 v°; *V.* 121, n. 390.)

Ut s. — T. XII.

3767. — *Bernardo de Turre,* can. Belvacen., indulgetur ut decretales in studio Parisien. legere libere possit, non obstante statuto quo cavetur ut nullus possit decretales legere, nisi per triennium audiverit leges. (*A.* 50, f. 386; *V.* 122, n. 560; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.,* II, n. 1003.)

3 (iii non.) *sept.*
T. XVI.

3768. — Prorogatio temporis recipiendi munus consecrat. usque ad festum Ascensionis prox. fut. pro *Bartholomæo, electo Aversan.* (*A.* 50, f. 387; *V.* 122, n. 565.)

11 (iii id.) *sept.*
T. X.

3769. — *Joanni, ep.o Cicestren.,* conceditur facultas reconciliandi per alium eccl. et cœmeteria suarum civit. et di. quæ ab habitatoribus maritimis et quasi silvestribus incoluntur, attento quod frequenter eccl. et cœmeteria prædicta violantur, et ipse senilis ætatis existit. (*A.* 50, f. 324; *V.* 122, n. 408; Bliss, II, p. 535.)

26 sept.
(vi kal. oct.)
T. XVI.

3770. — *Francisco, ep.o Florentin.,* indulgetur ut usque ad biennium missas et alia divina off. per se vel alium celebrare, ac off. pastorale in suis civit. et di. exsequi valeat, non obst. interdicto cui civitas ipsa de jure communi subjacet, propter gabellas seu « datia » quæ a personis ecclesiast. transeuntibus, vel ementibus, aut vendentibus generaliter exiguntur. (*A.* 49, f. 286 v°; *V.* 121, n. 501.)

Datum *Avenione.*

29 sept.
(iii kal. oct.)
T. XVI.

3771. — *Nicolao, electo Catanien.,* nepoti Jacobi, s. Georgii ad V. A. diac. card., indulgetur ut usque ad festum Resurrectionis dominicæ prox. vent. non teneatur ad diaconatus et presbyteratus ordines se facere promoveri, nec munus consecrat. recipere, et interim archidiac. de Ripasili Astoricen., et canon. ac præb. Parisien., et alia benef. sua retinere valeat; attento quod possessiones temporalium eccl. suæ Catanien., in insula Siciliæ consistentis, nondum adipisci potuit. (*A.* 50, f. 389 v°; *V.* 122, n. 574.)

12 (iv id.) *oct.*
T. XXX.

3772. — Indult. ad septennium conceditur *consilio et communi civit. Avenion.* ut deinceps nullus civis, habitator vel incola civit. ejusd. in causis pecuniariis trahi, seu conveniri valeat quovis modo extra di. Avenion. (*A.* 50, f. 463; *V.* 122, n. 597.)

Datum *Avenione*.

13 (III id.) *oct.* T. X.

3773. — *Guillelmo, archiep.o Auxitan.*, conceditur facultas reconciliandi per alium eccl. et cœmeteria violata suarum civit. et di. (*A.* 49, f. 270; *V.* 121, n. 472.)

17 oct. (XVI kal. nov.) T. X.

3774. — *Calveto de Malafargueria*, mon. monast. de Galliaco, O. S. B., Albien. di., conceditur ut crimina et defectus quæcumque contra Bonifacium, ejusd. monast. abb., coram P. P. proponere valeat, non obst. juramento per ipsum in contrarium præstito. (*A.* 50, f. 387 v°; *V.* 122, n. 567.)

26 oct. (VII kal. nov.) T. X.

3775. — Decernitur quod conservatio benef. quæ *Petrus Fredoli*, olim rector paroch. eccl. de Levassio, Biterren. di., tunc obtinebat, per Joannem XXII facta, perinde valere debet ac si desuper litt. factæ et bullatæ fuissent. (*A.* 50, f. 388; *V.* 122, n. 568.)

29 oct. (IV kal. nov.)

3776. — *Gaffredo de Vairolis*, cancellario eccl. Caturcen., avunculo (*sic*) Petri, ep.i Prænestin., indulgetur ut usque ad biennium jura civilia audire et legere valeat in loco ubi studium vigeat generale. (*A.* 50, f. 409 v°; *V.* 122, n. 576.)

Ut s. — Gr.

3777. — Indult. simile pro *Petro de Pratis*, archid. de Riperia in eccl. Convenarum, ep.i præfati nepote. (*A.* 50, f. 409 v°; *V.* 122, n. 577.)

9 (V id.) *nov.* T. X

3778. — Indult. celebrari faciendi missam antequam dies illucescat, pro *nob. Guidone de Flandria*, domino de Riquebourg, milite Attrebaten. di. (*A.* 50, f. 458, *V.* 122, n. 580.)

10 (IV id.) *nov.* T. X.

3779. — *Hugoni, decano eccl. s. Sirenei de Biliomo, Claromonten. di.*, conceditur facultas reconciliandi hac vice eccl. et cœmeterium s. Lupi, dicti loci de Biliomo, per effusionem sanguinis violata; attento quod ep.us Claromonten. in remotis agit. (*A.* 50, f. 388 v°; *V.* 122, n. 570.)

Ut s. — T. XX.

3780. — *Audeberto de Malobosco*, pr. mon. monast. s. Victoris Massilien., O. S. B., indulgetur ut prioratum vel administrationem seu off. et quodcumque benef. per monachos dicti monast. gub. solitum obtinere valeat, non obst. quod in eodem monast. habitum non receperit. (*A.* 49, f. 327 v°; *V.* 121, n. 560.)

12 (II id.) *nov.* T. XII.

3781. — *Aimerico Guirardi*, archid. Elnen., P. P. cap., datur licentia reædificandi eccl. s. Joannis Baptistæ de Traniano infra paroch. eccl. s. Andreæ castri de Vice nobrio, Nemausen. di., existentem, de qua ipse traxit originem, et per mon. monast. Magniloci, O. S. B., Claromonten. di., dictam parochiam regentes, destructam et penitus dissipatam. (*A.* 50, f. 389; *V.* 122, n. 573.)

13 (id.) *nov.* T. XXX.

3782. — Annotatio litt. Joannis XXII, ad *abb. et conv. monast. s. Antonii* ad Rom. Eccl. nullo medio pertin., O. S. A., Viennen. di., per quas, ad instar Clementis V, conceditur eis ut oratoria, capellas, et cœmeteria in omnibus suis hospitalibus construere et habere possint et valeant. Data litt. Joan. XXII : non. jun. anno XIV°. (*A.* 49, f. 295; *V.* 121, n. 518.)

22 nov. (X kal. dec.) T. XIV.

3783. — *Barofino de Giroldis, de Cremona, can. Aquilejen.*, datur licentia fundandi duas capellas unam videlicet in Aquilejen. sub b. M. V. et alteram in Paduan. ecclesiis (in quibus canonicus præbendatus existit), sub b. M. Magdalenæ vocabulis, et tam ipsas quam b. Catharinæ per eum etiam in dicta Paduan. eccl. constructæ dotandi de bonis tam patrimonialibus, quam de redditibus beneficiorum suorum acquisitis, ac pro dotibus hujusmodi unicuique ipsarum capellarum annuos redditus 30 flor. auri assignandi, reservato eidem Barofino, et post ejus obit., dictarum eccl. capitulis jure patronatus in iisdem capellis, et salvo jure alieno. (*A.* 49, f. 305 v°; 50, f. 458 v°; *V.* 121, n. 535; 122, n. 581.)

24 nov. (VIII kal. dec.) T. X.

3784. — Indult. celebrari faciendi missam et alia divina officia in locis interdicto suppositis, etiam alta voce, januis tamen clausis et non pulsatis campanis, conceditur *nob. Joanni, duci Normanniæ*, Philippi, regis Francorum, primogenito. (*A.* 49, f. 307 v°; *V.* 121, n. 538.)

Datum *Avenione.*

25 nov. (VII kal. dec.) T. XIV ½, XVI ½.

3785. — Decernitur valere gratia per Joannem XXII facta *Joanni de Bastida*, mon. monast. Cluniacen., Matisconen. di., de prioratu de Carrione, Clun. ord., Palentin. di., per assecutionem a Joanne de Ladosa factam de prioratu s. Eutropii Xanctonen. vac., ac si desuper litt. confectæ fuissent. Dictus tamen Joannes prioratum de Villafranca, dicti ord., Astoricen. di., dim. tenetur. — In e. m. abb. monast. de Onhia, et priori de Longavilla, Burgen. et Rothomagen. di., ac Guillelmo Geraldi, præcent. Forojulien. (*A.* 80, f. 128 v°; *V.* 123, n. 71.)

30 nov. (II kal. dec.) T. X.

3786. — Securus conductus pro *Michaele*, abb. monast. s. Albani, O. S. B., Lincolnien. di. (*A.* 49, f. 309; *V.* 121, n. 542; Bliss, II, p. 531.)

4 (II non.) *dec.* T. XVI.

3787. — *Edwardo, regi Angliæ* indulgetur ut possit usque ad tres menses pro suis et regni sui negotiis dumtaxat consilia sua communicare Alexandro, archiep.o Dublinen., quem P. P. « Venerabilem fratrem » appellare non potest, quia est excom. sententiis innodatus, quas animo obstinato per multos annos sustinuit; ita tamen ut idem rex cum eodem archiep.o nullatenus participet in divinis. (*A.* 50, f. 461; *V.* 122, n. 585; Theiner, *Mon. Hib.*, n. 539.)

Ut s. — T. XXII.

3788. — *Ep.o Saresbirien.*, mand. ut prævia informatione Willelmo Trussel domicello, patrono eccl. de Shotisbrok, Saresbirien. di., Edwardi regis Angliæ secretario, licentiam concedat constituendi cantoriam sex capellanorum in eccl. præfata, eamdemque eccl. uniat cantoriæ et capellanis jamdictis, facta compensatione congruenti ep.o Saresbirien., et archid. loci. (*A.* 49, f. 337 v°; *V.* 121, n. 581; Bliss, II, p. 532.)

11 (III id.) *dec.*

3789. — *Carolo, comiti Alenconii, et Mariæ de Hispania, comitissæ Stamparum*, indulgetur ut matr. inter se contrahere ac solemnizare valeant tempore clauso. (*V.* 131, f. 99 v°, n. 366.)

23 dec. (X kal. jan.) T. X.

3790. — *Ep.o Constantien.*, conceditur facultas reconciliandi ecclesias et cœmeteria per aliquem sacerdotem idoneum. (*A.* 50, f. 459; *V.* 122, n. 583.)

29 dec. (IV kal. jan.) T. X, X.

3791. — Indult. celebrari faciendi missam in locis interdicto suppositis pro *Joanna, Rippacurtiæ et Impuriarum comitissa*; similiter eligendi confessorem qui in omnibus casibus præterquam Sed. Apost. reservatis eam absolvere valeat. (*A.* 49, f. 371; *V.* 121, n. 625, 626.)

5 (non.) *jan. 1337.* T. X.

3792. — *Alamandæ*, abbatissæ monast. Vallisbonæ, Cist. ord., Terraconen. di., conceditur facultas recipiendi munus benedictionis a quovis maluerit antistite. (*A.* 49, f. 354; *V.* 120, n. 608.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ COMMUNES, SEU DE DIVERSIS FORMIS

ANNI II (1336)

8 (VI id.) *jan.* T. XVI.

3793. — *Carolus rex Hungariæ* hortatur ut sine difficultate ac dilationis obstaculo amoveat impedimenta per eum apposita quominus Laurentius Lorandi, can. Boznen., in ep.um Boznen. post obit. Petri concorditer electus ad Sed. Ap. accedere possit, ad tuendum jura eccl. suæ, in qua dictus rex quemdam laicum pro suo libito intrusit. (*A.* 50, f. 407 v°; *V.* 122, n. 606; Theiner, *Mon. Hung.* I, n. 908.)

Ut s. — T. XII.

3794. — Hortatoria cum inhibitione *omnibus et singulis quos christiana regit professio*, cujuscumque gradus, dignitatis, status, vel conditionis existant, ne præsumant impedire quominus Angermanlandiæ et Helsinglandiæ, multarumque aliarum partium in regno Swetiæ constitutarum incolæ, vota per eos emissa solvant, certum quid b. Olano, regi martyri, cujus corpus in eccl. Nidrosien. requiescit portando, quidam videlicet numeratam pecuniam, alii pelles, aliique telas lineas, ac res alias secundum diversarum dicti regni provinciarum consuetudines; instante Paulo, archiep.o Nidrosien. (*A.* 50, f. 403 v°; *V.* 122, n. 646.)

Ut s. — T. XX.

3795. — *Annibaldo, ep.o Tusculan.*, datur facultas audiendi causam vertentem inter nob. Aimonem, comitem Sabaudiæ, ex una parte, et Franciscum Rainutii, ac Gerardum Francisci, et Joannem Davizi, fratres, cives et mercatores Florentin., ex altera, super solutione 18,000 flor. auri de residuo majoris summæ eisdem mercatoribus debitæ. (*A.* 50, f. 392; *V.* 122, n. 617.)

12 (II id.) *jan.* T. XVI.

3796. — *Archiep.o Pisan., et abb. monast. Vallisumbrosæ, Fesulan. di.*, mand. contra Fridianum, abb. monast. s. Pauli ad Ripam Arni Pisan., ord. Vallisumbrosæ, per Pontium Stephani, can. Biterren., Apost. Sed. nuntium et monast. omnium provinciarum Tusciæ, Januen. et Pisan. visitatorem, a Joanne XXII specialiter deputatum, ab omni administratione suspensum, qui, intellecto obitu ejusd. Joannis XXII, suffultus potentia tyrannorum, expulsis de monast. s. Pauli monachis, bona ipsius monast. dilapidat ac dissipat, non permittendo quod œconomus per præfatum nuntium constitutus officium suum exerceat. (*A.* 50, f. 407; *V.* 122, n. 607; cf. n. 3828, 3889, 3940, 3992, 3993.)

13 (id.) *jan.* T. X.

3797. — *Ep.o Wratislavien.*, mand. ut Henricum, ducem Sleziæ, requirere, inducere studeat et monere ut ab oppressionibus abbati et conv. monast. de Lubens, Cist. ord., Wratislavien. di., per eum hactenus illatis desistens usurpata restituat et in pace dimittat. (*A.* 50, f. 319; *V.* 122, n. 382; Theiner, *Mon. Pol.* I, n. 698.)

Datum *Avenione.*

25 jan. (VIII kal. feb.) Gr. pro Deo.

3798. — *Abb. monast. Vallisumbrosæ, et plebano plebis s. Agnetis, Fesulan. et Senen. di., ac Pontio Stephani, præcent. Autissiodoren.*, mand. ut citent personaliter Ubertum, olim abb. monast. Montisviridis, ord. Vallisumbrosæ, Massan. di., ad abbatiam s. Salvi extra muros Florentin, ejusd. ord., a Joanne XXII promotum, nec non Minum de s. Quirico, ord. Min., asserentem se inquisitorem hær. prav. in Tuscia, et Robertum de Prato, dicti ord. Min., proxenetam ejusd. Mini et socium. Prædictus enim Ubertus, ad supplicationem communis Florentin., pactis et conventionibus turpibus inter eum et cives potentes Florentin. præcedentibus, in abbat. præfectus fuit, redditus dicti monast. s. Salvi (1,000 flor. auri) eisdem civibus assignavit, alia bona dilapidando. Aliunde dictus Ubertus, plurium excom. vinculis innodatus, irregularitatum maculis labefactus, omnino insufficiens, simoniacus, comtemptor et vilipensor mandatorum Sed. Apost., pluribusque aliis vitiis et criminibus irretitus existit. Dictus vero Minus Joannem Berti de Sambuco, mon. dicti monast. s. Salvi, ad instantiam Uberti et suggestionem Roberti præfatorum carceratum et in compedibus positum per XIX continuos dies detinuit, panem tantummodo cum aqua in quantitate modica exhibendo, eumque condemnavit ut in insula Sardiniæ vinctus per unum annum moraretur; imo vestem albam et crucem nigram, ac mitram ad instar falsariorum ipsum portare jussit et fecit, a consanguineis ipsius Joannis XCIV flor. auri recipiendo. Denique dictus Joannes languendo et mendicando ad Rom. Cur. accessit. (*A.* 49, f. 39; *V.* 121, n. 37.)

28 jan. (V kal. feb.) T. XLVII.

* **3799.** — *Abb. monast. Novicampi, et decano Butzowen., ac præp. Urdelanden., Zwerinen. et Havelbergen. di.*, mand. contra fratres Præd. et Min. loci in Sundis, Zwerinen. di., asserentes quod ipsi ex privilegio non tenentur servare censuras etiam auctoritate apost. promulgatas, nisi matrix ecclesia observet illas, et ideo violantes interdictum sub quo consules et parochiani dicti loci ac ipse locus suppositi fuerunt ex eo quod auxilium et favorem præstiterunt Conrado Albo, cler. Lubicen., post sex sententias contra eum prolatas eccl. paroch. ejusd. loci de facto detinenti, et in ea quamvis excommunicatus publice et suspensus divina celebranti; cum citatione personali adversus dictum Conradum; instante Henrico de Bulow, qui pro rectore dictæ eccl. se gerit; et cum districta injunctione fienda præfatis fratribus ut abstineant a celebratione divinorum. « Nemo enim sanæ mentis ignorat tantæ fore præcellentiæ Sed. Apost. potestatem, quod Sed. ipsa venerari debet ab omnibus pariter et timeri, et cum insolentes aliqui erectis cervicibus et fucatis opinionibus auctoritatem apost. parvipendere non verentur, decet ac expedit ut per eam Romanus P. P. insurgat in illos juris remediis opportunis. » (*A.* 49, f. 70; *V.* 121, n. 99.)

1 (kal.) *feb.* T. XII.

3800. — *Archiep.o Bremen.*, mand. ut justitiæ complementum faciat super eo quod Volmarus de Attendan, can., Godfridus, dictus Cremon, et Siffridus de Bocholte, perpetui vicarii eccl. Lubicen., maligno spiritu concitati, quond. Henricum dictum Kat, laicum, sub consulum civit. Lubicen. tutela manentem, in platea civit. ejusd. occidere præsumpserunt; instantibus eisd. consulibus. (*A.* 50, f. 390; *V.* 122, n. 608; Riezler, 1773.)

Ut s. — T. XII.

* **3801.** — Mand. pro *abb. Berdonarum, Auxitan. di., et Mimaten., ac Montisalban. officialibus,* exsecutoribus testamenti Raimundi, s. Eusebii pr. card., contra debitores ejus. (*A.* 49, f. 24; *V.* 121, n. 7.)

3 (III non.) *feb.* T. X.

3802. — Reservatur provisio eccl. Wratislavien., quæ infra regnum Poloniæ Rom. Eccl. censuale consistit, quam primum ipsam vacare contigerit. (*A.* 49, f. 381, n. 577.)

4 (II non.) *feb.* T. XII.

3803. — *Abb. de Toroneto, et præp. de Pinhanis, Forojulien. di., ac officiali Forojulien.*, mand. ut citent personaliter Leonem de Villanova, qui se dicit fratrem et mili-

Datum *Avenione.*

tem Hospitalis s. Joannis Hierosolymitan. ac præceptorem domus de Comis, dicti Hospitalis, Forojulien. di., quique, congregata multitudine hominum armatorum, fenum cujusdam prati ep.i Forojulien. comburi fecit, ad civit. Forojulien. cujus temporalis jurisdictio ad eumd. ep.um pertinet nocturno tempore irruit et custodes qui nomine dicti ep.i civit. custodiebant vulnerari fecit, comminationes quamplures palam et publice intulit in loco dicto de Rueta, prope castrum de Rocabruna juxta Forojulium, causa invadendi ipsum ep.um; et cives Forojulien. postea armatos quamplures congregavit, ex quibus armatis quidam, dicto Leone jubente, in personas Bertrandi Carsalada et cujusdam famuli mag. Guillelmi Regis, cler. Forojulien., in via publica qua itur de Modio apud Forumjulium irruerunt, ipsosque exspoliarunt, et pluribus lethalibus vulneribus vulnerarunt, in tantum quod dicti homines impotentes sunt effecti. (*A.* 49, f. 25; *V.* 121, n. 9.)

5 (non.) *feb.* T. XII.

3804. — *Ep.o Condomien.*, mand. ut Petrum Joannis, priorem hospitalis s. Jacobi prope civit. Condomien., per Guillelmum, s. Cyriaci in Thermis pr. card., fundati, auctoritate apost. citare procuret ut vicesima die cum quaternis rationum, ac inventario bonorum dicti hospitalis se apost. conspectui personaliter repræsentet, redditurus de administratis et gestis per eum finalem et plenariam rationem; instantibus Gaucelino, ep.o Albanen., et Neapoleone, s. Adriani diac. card., exsecutoribus testamenti dicti card., præfati prioris nefarios actus recensentibus. (*A.* 49, f. 32; *V.* 121, n. 22 *bis*; cf. n. 3883, 3905.)

Ut s. — T. XII.

3805. — *Abbatibus Populeti, et de Sanctis Crucibus, ac de Roca monasteriorum, Terraconen. et Cæsaraugustan. di.*, mand. ut citent personaliter Joannem Nuni, mil. domus Calatraven., ord. Cist., Toletan. di., qui sæculari potentia fretus domum ipsam et ejus magisterium cum pluribus castris et locis ad illam spectantibus jam a longo tempore detinet, contra sententiam in eum per abb. monast. Morimundi, ejusd. ord., Lingonen. di., patrem abbatem et immediatum superiorem dictæ domus in termino visitationis latam et per capit. generale ord. memorati confirmatam, per quam ipse Joannes declaratur perjurus, sacrilegus, raptor, incendiarius, homicida, conspirator, excom. vinculo innodatus, clavium Eccl. contemptor, et criminibus enormibus convictus. (*A.* 49, f. 97; *V.* 121, n. 155.)

8 (VI id.) *feb.*

3806. — *Petrus de Villafera*, cl., jurisp. Mirapiscen. di., deputatur ad unum annum judex Cur. Marescalli Rom. Cur. (*V.* 131, f. 8 v°, n. 33.)

15 *feb.* (XV kal. mart.) T. XII.

3807. — *Archiep.o Turonen., et ep.o Pictavien., ac thesaur. Andegaven.*, mand. pro capit. eccl. Cenomanen. contra ep.um, jurisdictionem in can. et familiares dictæ eccl. ad dictum capit. spectantem diversimode usurpantem, nec non contra officiales jurisdictionis temporalis civit. Cenomanen., qui cum tota communitate vel quasi dictæ civit. manu armata ad claustrum ipsius eccl. accesserunt, domum unius ex dictis canonicis, fractis portis, disrobarunt, omniaque mobilia, vasa argentea, libros et equos adsportarunt, duos « garsiones » ejusd. canonici qui quond. Joannem Sablonerii, cler., interfecerant et ad præfatam eccl. confugerant vulnerarunt; canonicum et presb., ejus servitorem, ac scutiferum ipsius eccl., fractis portis sacristiæ, per violentiam extraxerunt, diro carceri manciparunt, horribilibus quæstionibus supponentes, et alterum ex ipsis garsionibus ultimo supplicio tradiderunt; ita ut, nisi per prudentiam apost. cæteris celeriter succurratur, dolorose, quamquam innocentes, in brevi finient dies suos. (*A.* 49, f. 37; *V.* 121, n. 34; cf. n. 3826, 3904.)

17 *feb.* (XIII kal. mart.) T. IV ½.

3808. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut ep.o Senen. præsentari faciat et etiam publicari litt. apost. per quas requiritur et monetur ut curet sollicite ut inviolabiliter observentur tres definitivæ sententiæ super plebanatu plebis s. Andreæ de Bozone, Senen.

Datum *Avenione.*

di., in palatio apost. promulgatæ favore Hugonis Bindi, contra Nicolaum Vulti de Malavultis, cler. Senen., propter favorem ipsius ep.i Senen. ejus consanguinei plebanatum eumdem injuste occupantem et sententiam excom. indurato animo sustinentem ac contemnentem. (*A.* 49, f. 47; *V.* 121, n. 54.)

18 feb. (XII kal. mart.) T. IV.

3809. — *Petro, ep.o Aurasicen., rectori comitatus Venaissini,* mand. ut faciat justitiæ complementum in causa vertente inter Alsaciam de Paternis, quond. Bertrandi de Villanova de Montiliis, et Beatricem de Paternis, quond. Armandi de Carumbo de Montiliis, viduas, sorores Carpentoraten. di., ex una parte, et curiam Venaissini ex altera, super eo quod eadem curia, post initos diversos contractus cum Ricavo, filio et hærede quond. Girardi de Paternis, earumdem viduarum fratre, per suam potentiam octavam partem jurisdictionis altæ et bassæ castri de Albanhano, Aurasicen. di., et 5 sol. ac 6 den. censuales, et hospitium paternum ejusd. Ricavi occupavit. (*A.* 49, f. 39; *V.* 121, n. 36.)

Ut s. — T. XII.

3810. — Mand. *eidem* ep.o ut se informet et referat super eo quod universitas castri de Murmurione, Carpentoraten. di., petit fieri in castro prædicto, ad Rom. Eccl. immed. pertin., semel in septimana, videlicet in die jovis, publicum forum, seu mercatum, nec non nundinas quolibet anno in festo s. Laurentii; quo mediante dicti homines parati sunt Eccl. præfatæ concedere medietatem leudæ quam ipsi in solidum percipiunt de rebus quæ vendi consueverunt in castro prædicto. (*A.* 50, f. 441; *V.* 122, n. 662.)

20 feb. (X kal. mart.)

3811. — *Archiep.o Arboren., et Sulcitan., ac Dolien. archipr.is,* mand. pro archiep.o et capit. Calaritan., contra nonnullos dominos temporales et laicos civitatum, castrorum et aliorum locorum provinciæ Calaritan., qui eccl., terras, et possessiones ac alia bona ad archiep.um et capit. præfatos pertin. occuparunt et detinent occupata. (*A.* 50, f. 390 v°; *V.* 122, n. 612.)

Ut s. — T. VIII.

3812. — *Canhardo de Sabalhano, sacristæ Convenarum, Marchiæ Anconitan. rectori,* mand. ut justitiæ complementum faciat super eo quod judices præsidatus terræ quæ « abbatia Farfen. » nuncupatur in prædicta Marchia consistentis, compellere nituntur universitatem et homines castri Amandulæ, Firman. di., ejusd. Marchiæ fideles, in eorum curia causas tractare; non obstante quod dictum castrum cum territorio suo rectori prædicto immediate subesse noscatur. (*A.* 49, f. 51 v°; *V.* 121, n. 63.)

22 feb. (VIII kal. mart.) T. V ½.

3813. — *Ep.o Asten.,* committitur cognitio causæ vertentis inter priorem et fratres ord. Carmel. Asten. ex una parte, et gardianum ac fratres ord. Min. ejusd. civit. ex altera, super eo quod dicti gardianus et fratres impedire satagunt devotionem fidelium, quæ multum accrevit, ad locum ad quem dicti prior et fratres Carmel. juxta licentiam Joannis XXII se transtulerunt, quamvis ipse locus, qui antea fuerat maledictionis et scelerum domus, ab oratorio dictorum fratr. Min. distare noscatur nedum per CXL « cannas », juxta reductionem Clementis IV, verum etiam per spatium CLX cannarum. (*A.* 49, f. 43 v°; *V.* 121, n. 45.)

Ut s. — T. VIII.

3814. — *Joanni, ep.o Anagnin., P. P. in Urbe vicario,* mand. ut Angelum, ep.um Viterbien., monitione præmissa et appellatione cessante, compellat ad restitutionem omnium quæ ab abb. et conv. monast. s. Anastasii prope Urbem, Cist. ord., dum olim esset Apost. Sed. in dicta Urbe vicarius injuste percepit, seu extorsit, frequenter ipsum monast. visitando, (cum super hoc aliquam a dicta Sede non receperit potestatem) et tam per se quam etiam per officiales suos fere 50 flor. auri ab eod. monast. quolibet anno extorquendo, nec non pluribus vicibus abbates qui erant pro tempore ac monachos aliosque officiales ejusd. monast., quibusdam confictis occa-

Datum *Avenione.*

sionibus, carceri mancipando, bona eorum auferendo, et pro libertate ipsorum non modicam pecuniæ quantitatem percipiendo. (*A.* 50, f. 391 v°; *V.* 122, n. 615.)

25 *feb.* (v kal. mart.) T. X.

3815. — *Rogerio de Ventrono, can. Ruthen., civit. Beneventan. rectori,* mand. ut Arnaldo, archiep.o, et capit. Beneventan., faciat justitiæ complementum contra Guillelmum, abb. monast. s. Sophiæ Beneventan ad Rom. Eccl. nullo med. pertin., O. S. B., qui spiritu diabolico instigatus « nonnullos malendrenos et latrones » ad quamdam *massariam* eccl. Beneventan. tempore nocturno transmisit, qui bladum ibidem inventum et congregatum ad triturandum, dictamque massariam totaliter combusserunt, nec iis contenti, boves numero XL et ultra inibi existentes interfecerunt, et alia gravia damna usque ad val. 2,000 flor. intulerunt. (*A.* 49, f. 48; *V.* 121, n. 56.)

7 (non.) *mart.* T. X.

3816. — *Ep.o Pistorien.,* mand. ut se informet et referat de facultatibus et oneribus monast. s. Nicolai de Caffagio Florentin., O. S. B., ut confirmari valeat ordinatio ep.i Florentin. per quam numerus monialium ipsius monast. reducitur ad duodecim, abbatissa excepta. (*A.* 49, f. 73 v°; *V.* 121, n. 103.)

15 (id.) *mart.* T. X.

3817. — *Priori de Wartere, Eboracen. di., et Dionysio Havenel, archid: Extrindinge, ac Roberto de Valoniis, can. Eboracen.,* mand. pro Antonio Beek, decano et can. eccl. Lincolnien., P. P. cap., contra capit. et canonicos ipsius eccl., quædam instrumenta communia (videlicet registrum seu consuetudinarium ipsius eccl. et alia consimilia) ad causas quæ inter ipsos in Rom. Cur. vertuntur facientia exhibere nolentes. (*A.* 49, f. 134; *V.* 121, n. 222; Bliss, II, p. 529.)

Ut s. — T. XII.

3818. — *Mag. Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia,* mand. pro abb. et conv. monast. s. Anastasii de Urbe, contra nobiles Bonifatium, filium quond. Petri, Theobaldum et Manfredum, hæredes Mathæi Bonifatii, Collellam de Indolesibus, de Corneto, et Petrum de Farnesio, qui Cartarellæ et Montisacuti castra, et dictorum castrorum ecclesias occupant; contra commune Urbevetan., nec non Bertoldum et Guidonem de filiis Ursi, comites palatinos, et Conticinum de Sancta Flora, qui Orbitelli, Albicastri civit., Ausodonien., Schaquillacii et Montis s. Benedicti de Silva castra, eorumque castrorum ecclesias et nonnulla alia bona retinent; contra Jacobum, Guidonem et Stephanum, comites de s. Flora, qui Capalbii, Marciliani, Serpenæ castra eorumque castrorum ecclesias detinent; nec non contra Portum Donati, Portum Exculis, ac etiam Paulum de Comite, mil., dominum castri Vallismontonis, Franciscum Picti de Palliano et Berardum de Genassano et plures alios, (Tuscanen., Castren., Suanen., Anagnin., Prænestin. et Signin. civitatum et di., ac partium vicinarum) qui nonnulla alia castra, bona et res ad dictum monast. s. Anastasii pleno jure pertin. occupant et detinent. (*A.* 50, f. 391 v°; *V.* 122, n. 616.)

21 *mart.* (XII kal. apr.) T. XII.

3819. — *Eidem Mag. Hugoni Augerii,* mand. ut exsecutioni demandet sententiam olim per judicem generalem curiæ Patrimonii prolatam contra potestatem, gardianum, antianos, consilium, commune, homines et singulares personas civit. Amelien. et comitatus ipsius infra dictum Patrimonium consistentium, ex eo quod ad castrum Focis, Amelien. di., quod est peculiare Rom. Eccl., cum armis accesserant, illudque hostiliter expugnarant, homicidia, adulteria, violationes virginum et viduarum, et alia execranda scelera commiserant, pueros utriusque sexus tam in ore gladii quam incendio ignis, omni humanitate deposita, perimendo. (*A.* 49, f. 63 v°; *V.* 121, n. 85; Theiner, *Cod. dipl.*, II, n. 22.)

22 *mart.* (XI kal. apr.) T. XX.

* **3820.** — *Abb. monast. s. Bertini de Villa s. Audomari, et præp. s. Petri Casleten., Morinen. di., ac Ægidio de Cremona, can. Lausanen.,* mand. pro exsecutione sententiæ contra Simonem de Maresiis, cler. Ambianen. di., in Rom. Cur. a Rainaldo, auditore causarum Palatii latæ favore Alexii Frederici, de Urbe, can. s. Audomari, Morinen.

Datum *Avenione.*

di., super canon. et præb. (s. c. 40 l. t.) in ead. eccl. per mortem Matthæi de Flisolp vac. (*A.* 50, f. 449; *V.* 122, n. 624.)

23 mart. (x kal. apr.) T. X.

3821. — *Prioribus de Columba ad duas Ecclesias, et s. Petri de Barro, ac decano s. Laurentii de Joinvilla, Lingonen. et Catalaunen. di.*, mand. ut citent personaliter Hinterium de Jarmay, mon. monast. Derven., O. S. B., Catalaunen. di., nuper in abbatem per conv. ipsius monast. electum, super nonnullis negotiis responsurum. (*A.* 49, f. 64; *V.* 121, n. 88.)

Ut s. — T. XII.

3822. — *Rectori Romandiolæ* mand. ut Franciscum, filium Sinibaldi de Ordelaffis, civis Forolivien., qui se dicit capitaneum civit. Forolivien. ad Rom. Eccl. immed. spectantis, ipsumque Sinibaldum peremptorie citare procuret coram P. P. personaliter responsuros super eo quod ipse Franciscus castrum Aurioli, Faventin. di., ad eccl. Ravennaten. pleno jure pertin. damnabiliter occupavit, nec iis contentus Franciscum, archiep.um Ravennaten., vulneravit et spoliavit usque ad camisiam, et super roncino vilissimo poni, eumque cum nonnullis famil. ipsius pariter vulneratis et spoliatis usque ad dictam civit. Forolivii duci et captivari fecit. Sinibaldus autem pater ipsius ad hæc sacrilegia auxilium præstitit. (*A.* 49, f. 83; *V.* 121, n. 129.)

13 (id.) *apr.* T. XVI.

3823. — *Decano capellæ ducis Burgundiæ de Divione, Lingonen. di.*, mand. ut causam vertentem inter abb. et conv. monast. Flavigniacen., O. S. B., Eduen. di., ex una parte, et officialem Eduen. ex altera audiat et debito fine decidat, faciens quod decreverit, appellatione remota, firmiter observari. Cum enim justitiarii dictorum abb. et conv. in villa Flavigniacen. et tota terra dicti monast. jurisdictionem temporalem obtinentium, Joanninum Le Bornet, pro cler. se gerentem et per dictam villam cum quadam levi muliere transitum facientem, ob multa crimina in terra ipsius monast. commissa carceri mancipassent, ipse officialis Eduen. (prætextu cujusdam statuti in concilio provinciali Lugdunen. ab archiep.o Lugdunen., metrop. loci, ejusque suffraganeis editi) non obstante quod idem Joanninus, se esse cler. allegans, gentibus ep.i Eduen. præsentatus fuisset, contra justitiam declaravit abbatem et justitiarios prædictos excom. sententiam incurrisse, et mandavit in dicta villa cessari penitus a divinis. Propter hoc autem corpora decedentium totius terræ præfatæ extra sacrum locum sepeliuntur, ac benedictiones nubentium a curia dicti ep.i redimuntur, ex quibus gravia scandala sunt exorta. (*A.* 49, f. 98; *V.* 121, n. 157; cf. n. 3611.)

17 apr. (xv kal. maii.) T. XII.

3824. — *Marchiæ Anconitan. rectori*, mand. ut in serendis pace et concordia inter intrinsecos et extrinsecos civit. Anconitan. in virtute Domini studeat apponere diligentiam operosam; ac insuper super restitutione bonorum Taraboto de Tarabotis, mil., et Urso de Buldonibus, civi Anconitan., multorumque eis adhærentium consanguineis ablatorum, faciat justitiæ complementum; attento quod processus quorum vigore dicta bona ablata fuerunt, ad instantiam æmulorum Taraboti et Ursi prædictorum super diversis excessibus ab eis non commissis fabricati fuerunt. Cum enim pater dicti Taraboti et alii majores de genere suo, cæterique ipsorum amici et consanguinei in civit. prædictam a qua exsulabant per rectorem qui tunc erat sub spe pacis ac securitate ecclesiæ introducti fuissent per eosdem æmulos inhumaniter trucidati fuerunt; et ideo propter metum personarum dicti Tarabotus et Ursus ad defensionem suam comparere non valuerunt. (*A.* 49, f. 88; *V.* 121, n. 140.)

Ut s. — T. XII.

3825. — *Abb. monast. s. Saturnini Tolosan.*, mand. ut quidquid canonicum fuerit, appellatione remota et prævia informatione, decernat in causa vertente inter Petrum de Selguis, rectorem de Marcelhano, de Bellomarchesio, et de Millemodis, eccl. invicem unitarum, Auxitan. di., ex una parte, et Raimundum de Salvinhaco rectorem eccl. s. Joannis Pohyia, Lascurren. di., ac nob. Obriam, dominam dicti loci de Mar-

Datum *Avenione.*

celhano, ex altera, super eo quod ipse Raimundus per dictam dominam ad præfatas eccl. unitas præsentatus possessionem ipsarum prælibato Petro, eas ex collatione Guillelmi, archiep.i Auxitan., obtinenti, contendebat, super quo diversi processus apost. auctoritate habiti fuerunt. (*A.* 49, f. 87; *V.* 121, n. 137.)

17 apr. (xv kal. maii.) T. XX.

3826. — *Archid. de Sulli Aurelianen., et thesaur. Andegaven., ac Arnaldo de Pinano, can. Turonen.*, scribitur ut negotium principale et singula ex eodem emergentia in causa Cenomanen., de qua superius (n. 3807) mentio facta est, revocent ad examen P. P. et Sed. Ap., attento quod latores primarum litt. Apost., licet eas archiep.o Turonen. præsentassent tamen ex verisimilibus conjecturis pericula quædam formidantes et latenter de civitate recedentes ausi ulterius prosequi non fuerunt, sed cum ipsis litt. ad P. P. reversi sunt. (*A.* 49, f. 84 v°; *V.* 121, n. 132; cf. n. 3807, 3904.)

22 apr. (x kal. maii.) T. XII.

3827. — *Ep.o Senen.*, mand. ut exsecutioni debitæ demandet sententiam per quam Cion, filius et hæres Nardi de Civitella, fuit condemnatus ad solvendum Christophoro, abb., et conv. monast. s. Laurentii de Ardinghescha, O. S. B., Grossetan. di., decimas ex fructibus terrarum et possessionum quæ fuerunt dicti Nardi, laici Senen. di., infra limites parochiæ dicti monast. consistentium, quas per xxiv annos solvere non curavit, etiamsi propterea fuerit publice excommunicatus. (*A.* 50, f. 451 v°; *V.* 122, n. 629.)

Ut s. — T. XVI.

* **3828.** — *Archiep.o Pisan., et Savini prope Pisas, ac s. s. Gorgonii et Viti, Pisan. di., monast. abb.*, mand. ut Fridianum, abb. monast. s. Pauli ad Ripam Arni Pisan., ord. Vallisumbrosæ, peremptorie citent ut infra xl dierum spatium personaliter, omni occasione remota, apost. se conspectui repræsentet, responsurus de eo quod post excom. in eum apost. auctoritate promulgatam et per civit. et districtum Pisan. solemniter publicatam ausus fuit temere missarum solemnia celebrare, et alios monachos etiam excom. sententia innodatos coegit pluries celebrare divina officia; et ad palliandum hujusmodi sua scelera instrumenta fabricari fecit per vitium falsitatis. (*A.* 50, f. 446; *V.* 122, n. 618; cf. n. 3796, 3889, 3940, 3992, 3993.)

28 apr. (iv kal. maii.) T. XX.

3829. — *Humberto de Gigniaco, sacristæ sæcul. eccl. s. Pauli Lugdunen.*, mand. ut ad eccl. Bisuntin. seu ad aliquem alium locum civit. vel di. Bisuntin. se personaliter conferens, vocatis Hugone, archiep.o Bisuntin., ac decano et capit. ejusd. eccl. Bisuntin., diligentius se informet super unione ecclesiarum s. Joannis Evangelistæ et s. Stephani Bisuntin., nunc eccl. cathedralem Bisuntin. facientium, ac super eo quod potentiores canonici bona communia ejusd. eccl. ad 1,000 et ultra lib. tur. sic inutiliter detinent quod quilibet canonicus residens vix 6 den. percipit pro distributionibus quotidianis in die; deinde archiep.um, decanum et capit. præfatos peremptorie citare procuret, ut per se vel procuratores apost. se conspectui repræsentent, visuri et audituri quid P. P. super iis duxerit ordinandum. (*A.* 50, f. 448; *V.* 122, n. 623.)

30 apr. (ii kal. maii.) Gr. pro Deo.

3830. — *Ep.o Veneten.*, mand. ut auctoritate apost. et invocato, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis faciat justitiæ complementum in causa jam per octennium vertente inter Danielem de Lanuzel, rectorem eccl. de Melguen, Corisopiten. di., ex una parte, et Oliverium Croteux, pr. dictæ di., ex altera. Dictus enim Oliverius falso asserens se personatum (20 l. t.) habere in dicta eccl., et Alanus, ep.us, tunc can. Corisopiten., dicti Oliverii consang., coram officiali Jacobi, Tolonen., tunc Corisopiten. ep.i, de nonnullis criminibus et defectibus præfatum rectorem accusarunt, et ipsum tam a prædicta eccl. quam ab omnibus bonis suis mobilibus de facto per violentiam spoliarunt, super quo plures interpositæ fuerunt ad Sed. Apost. appellationes. (*A.* 49, f. 111; *V.* 121, n. 178.)

Datum *Avenione.*

30 apr. (II kal. maii.) T. IV.

3831. — *Rectori Romandiolæ*, mand. ut de valore redditum, tam antiquorum, quam præsentium mensæ archiepisc. Ravennaten. plenam informationem recipiat et referat. (*A.* 50, f. 451; *V.* 122, n. 628.)

Ut s.

* **3832**. — *Ep.o Tarbaten.*, mand. ut bona et jura archiep.i, præp., et capit. Rigen., per magistrum et fratres ord. Hospitalis s. Mariæ Teutonicorum occupata violenter, faciat restitui infra peremptorium terminum, juxta ordinationem et mandatum Joannis XXII. Annotatur dictum mand. ep.is Paduan., et Osilien., ac Tarbaten. directum contra præfatum mag. generalem ac præceptorem Livoniæ, etc., qui archiep.um, præp. et capit. Rigen. castris, possessionibus, animalibus et aliis bonis suis spoliarunt, et Prædicatores ac Minores fratres, necnon religiosos alios et cler. sæculares impediebant quominus in partibus illis ire et redire valerent ad prædicandum paganis et infidelibus verbum Dei, nec permittebant ecclesias construi; etc. Similiter annotatur alia ejusdem pontificis bulla *ad perpetuam rei memoriam*, in qua inseritur per extensum confœderatio facta apud Seghewelden, anno 1316, IX kal. maii, inter Lutfridum, electum in præpositum, et Joannem, priorem, totumque capit. eccl. Rigen., ex una parte et fratres Gerardum, præceptorem, pluresque commendatores ac fratres ord. Teutonicorum in Livonia, ex altera. (*A. fragm.* in 50, f. f. 400 et 406; *V.* 122, n. 653; Riezler, 1797; Theiner, *Mon. Pol.*, I, n. 502.)

1 (kal.) *maii.* T. XVI.

3833. — *Archiep.o Rothomagen.*, mand. ut Guillelmum, abb., et conv. monast. s. Wandregisilli, O. S. B., suæ di., nec non priorem prioratus de Upan in Anglia, dicti ord., Saresbirien. di., dicto monast. pleno jure subjecti, auctoritate apost. absolvere studeat ab omni pœna, si quam incurrerunt, ex eo quod sine ulla licentia nob. Joanni Walteri, Lincolnien. di., vendiderunt pensionem 110 sterling., quam in parochiis de Bonketone et Multone, Lincolnien. di., ratione dicti prioratus habebant, quamque propter potentiam et malitiam dicti nobilis et locorum distantiam percipere pacifice non valebant; attento quod cum pecunia ex dicta venditione percepta æquivalentes redditus in dicta Rothomagen. di. acquisiverunt, facientes super hoc conditionem dicti monast. meliorem. (*A.* 50, f. 447; *V.* 122, n. 620; Bliss, II, p. 536.)

Ut s. — T. XII.

3834. — *Ep.o Electen.*, mand. ut Bartholomæum et Hugonem de Guaiano, de Bordis, fratres, cler. conjugatos s. Papuli di., absolvat sententialiter vel condemnet super eo quod eis falso ac inique impositum extitit per nob. Joannem de Insula, condominum villæ de Bordis, Guillelmum Reg, laicum, Mabiliam uxorem, et Beatricem matrem dicti nob., nec non Sauram, uxorem ipsius Guillelmi, Fauressam, Jacobi Reg viduam, et Raimundam Guaianam, ipsius Jacobi socrum, ejusdem villæ de Bordis, scilicet quod ipsi Bartholomæus et Hugo interfecerant Jacobum prælibatum. Iidem enim Bartholomæus et Hugo propter timorem et suspicionem Guillelmi, ep.i s. Papuli, qui dictam Mabiliam tamquam neptem tractat purgationem de hujusmodi impositione homicidii ausi petere non fuerunt. (*A.* 50, f. 447; *V.* 122, n. 621.)

2 (VI non.) *maii.*

3835. — *Ep.o Magalonen.*, committitur quæstio quæ vertitur inter priorissam et conv. monast. b. M. de Ripa, O. S. A., ex una parte, et priorem de Fabricis, ejusd. ord., patronum dicti monast., Magalonen. di., ex altera, super juribus funereis quæ utrisque competunt ex eo quod multi Christifideles in cœmeterio dicti monast. ab antiquo propriam eligunt sepulturam. (*V.* 122, n. 664.)

4 (IV non.) *maii.* T. X.

3836. — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod hæredes et successores Benedicti Gaytæ, civis Anagnin., censum per eos debitum (ratione certarum ecclesiarum, ac civit. Ansicdoniæ, et nonnullorum castrorum, possessionum, ac bonorum, jurium et jurisdictionum ad monast. s. Anastasii prope Urbem, Cist. ord., pleno jure spectan-

Datum *Avenione.*

tium, in Castren. di., de speciali mand. Bonifacii VIII in ejusd. monast. non modicum præjudicium eidem Benedicto ipsius nepoti usque ad certam generationem concessorum) solvere, ac juramentum fidelitatis facere expresse recusarunt, asserentes se ecclesias, civit. Ansicdoniam, castra et jura prædicta non tenere. (*A.* 49, f. 139 v°; *V.* 121, n. 137.)

7 (non.) *maii.* T. XII.

3837. — *Eidem mag. Hugoni,* mand. ut cessare faciat molestias communi et hominibus castri Gallesii, Civitatis Castellan. di., ad P. P. pertin. et de Patrimonio existentis, per ejusd. rectoris officiales illatas; qui pedagium in ejusd. castri territorio olim per Bonifacium de Præfectis, de Vico, qui dictum castrum violenter occuparat, impositum levando ejusdem Bonifacii abusum sequuntur; « et gravamen hujusmodi gravaminibus addentes ab eisdem hominibus de bonis quæ ad vendendum extra dictum castrum deferunt gabellam exigunt et extorquent; et propter hoc, licet eis vel eorum potestati per privilegium apost. competat merum et mixtum imperium inibi exercere, tamen prædicti officiales posuerunt in dicto castro juratum, qui eosd. homines ad curiam dicti... rectoris citat et vexat multipliciter ac injuste. » (*A.* 50, f. 455; *V.* 122, n. 639.)

Ut s. — T. VI.

3838. — *Mag. Canhardo de Sabalhano, can. Riven., leg. prof., Marchiæ Anconitan. rectori,* mand. ut faciat justitiæ complementum super restitutione bonorum per commune Firman. et alias communitates vicinorum locorum, ac nonnullos potentes et nobiles illarum partium, Firman. et aliarum di. vicinarum occupatorum et distractorum, et ad mensam episcop. et eccl. Firman. (quæ 30 annis vel circa prox. præt. pastore proprio viduata permansit) spectantium. Instante Jacobo, ep.o Firman. (*A.* 50, f. 454; *V.* 122, n. 636.)

Ut s. — T. XII.

3839. — *Præfato rectori,* mand. ut se informet et rescribat super licentia per Jacobum ep.um Firman. petita faciendi permutationem de castris Cerquetæ, a communitate Montisulmi, Firman. di., et Castricastri, a communitate castri s. Elpidii, ejusd. di., totaliter olim destructis, nec non de aliis bonis emphytheuticis per nonnullos nobiles tam de s. Elpidio et civit. Maceraten. quam de aliis terris illarum partium propter vacationem diutinam eccl. Firman. indebite occupatis, nec non compositionem faciendi cum dictis communitatibus Montisulmi et s. Elpidii, juxta facultates ep.is Firman., dicti Jacobi prædecessoribus, ab Alexandro IV et Innocentio IV respective concessas; attenta impossibilitate restaurationis dictorum castrorum Cerquetæ et Castricastri modo præmisso destructorum. (*A.* 50, f. 454 v°; *V.* 122, n. 638.)

Ut s. — T. XI.

3840. — *Mag. Pontio Stephani, can. Biterren., in partibus Tusciæ Ap. Sed. nuntio,* mand. ut justitiæ complementum faciat super eo quod monachi monast. s. M. Florentin., « abbatia » vulgariter nuncupati, O. S. B., ad præsens abbate carentis, nonnullos fructus et alias res et bona ad Joannem, s. Theodori diac. card., ejusd. monast. commendatarium dum viveret spectantia temeritate propria occuparunt et inter se diviserunt; instante Neapoleone, s. Adriani diac. card., testamenti dicti Joannis exsecutore. (*A.* 50, f. 453 v°; *V.* 122, n. 634.)

Ut s. — T. X.

3841. — *Raimundo de Pojolis, can. Albien., ducatus Spoletan. rectori,* mand. ut Paulo Bartholi, dicto Coppo, et Contæ, ejus nepoti, de Cataneis, de Trevio, domicellis Spoletan. di., justitiæ faciat complementum super eo quod rector dicti ducatus, tempore Joannis XXII, dum procederet contra intrinsecos Spoletan., tunc Eccl. Rom. rebelles, præfatos domicellos et quond. Rainaldinum Pauli, ac quond. Petrucium Contæ, prædictorum fratres carnales, non probato de fautoria vel de aliquo crimine contra eos ad diversas pœnas condemnavit. (*A.* 50, f. 452; *V.* 122, n. 630.)

Datum *Avenione.*

7 (non.) *maii.* T. X.

3842. — *Ep.o Tornacen.*, mand. ut faciat justitiæ complementum abb. et conv. monast. de Laude, Cist. ord., Tornacen. di., qui quotidie molestantur a diversis usurariis, cum quibus a XXXVIII annis propter guerras Flandriæ et graves exactiones principum mutuum contrahere coacti fuerunt; attento quod dicti usurarii jam receperunt sortem suam, imo aliqui eorum « magis triplo et quadruplo. » (*A.* 49, f. 146 v°; *V.* 121, n. 257; cf. n. 3864.)

Ut s. — T. X.

3843. — Mand. simile *ep.o Morinen.*, pro abb. et conv. monast. de Claromarisco, Cist. ord., Morinen. di., contra usurarios. (*A.* 49, f. 146; *V.* 121, n. 256.)

Ut s. — T. X.

3844. — *Ep.us Xantonen.* hortatur ut prudenter attendens quam sit horrendum percutere et occidere gladio sacerdotem et monachum, faciat justitiæ complementum super eo quod Sicardus Bremundi, mon. monast. s. Joannis Angeliacen., O. S. B., suæ di., horrenda immanitate, nulla causa rationabili præcedente, in Joannem Lathomi, pr. ord. Min. prof., in foro publico ac cœmeterio eccl. b. M. villæ prædictæ nullas ejus insidias formidantem hostiliter irruens, deliberato animo, insidiose illum circa guttur et prope pectus, evaginato gladio, adeo atrociter vulneravit ut idem pr. in eodem foro illico exspiravit. (*A.* 50, f. 452 v°; *V.* 122, n. 632.)

11 (v id.) *maii.* T. V.

3845. — *Joanni, ep.o Anagnin.*, mand. ut P. P. reddere studeat certiorem super eo quod b. M. Gregorius, Feltren. et Bellunen. ep.us, habens testandi facultatem dispensari mandavit in testamento suo 138 flor. auri secundum ordinationem P. P., attento quod ipse ep.us Anagnin., olim ipsius Gregorii confessor et testamenti prædicti exsecutor Joanni XXII causam non expressit hujusmodi dispositionis. (*A.* 50, f. 450 v°; *V.* 122, n. 626.)

15 (id.) *maii.* T. XXII.

3846. — *Archiep.o Bracharen.*, mand. ut secundum juris formam procedere studeat in causa ipsi et Valasco, ep.o Aurien., per Joannem XXII commissa circa inquisitionem faciendam contra Joannem Fernandi de Trinitate, can. Aurien., falso accusatum de morte Gundisalvi, ep.i Aurien., dicti Valasci prædecessoris, « venenosis toxicationibus suffocati. » (*A.* 50, f. 453 v°; *V.* 122, n. 635.)

Ut s. — T. X.

3847. — *Canhardo de Sabalhano, can. Riven., rectori Marchiæ Anconitan.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod commune civit. Esculan. castra Montis Cretacii et Montis Pasilli, Firman. di., ad ep.um Firman. pro certa parte, et ad commune civit. Firman. pro alia parte pertin. dudum violenter occupata adhuc detinent. (*A.* 50, f. 454; *V.* 122, n. 637).

Ut s. — Gr. pro Deo.

3848. — *Archiep.o Eboracen.*, mand. ut justitiæ complementum faciat Thomæ Page, cler. Lincolnien. di., contra Henricum, ep.um Lincolnien., qui eumdem Thomam, non zelo justitiæ sed odii rancore motus, citari fecit ut uno et eodem die in tribus locis multum invicem distantibus et ab ipsius Thomæ domicilio valde longiquis, coram diversis commissariis compareret, quorum duo confingentes ipsum Thomam contumacem, cum non esset, eum excommunicarunt. (*A.* 50, f. 408 v°; *V.* 122, n. 658; Bliss, II, p. 537.)

21 maii. (XII kal. jun.) T. XII.

3849. — *Archiep.o Ravennaten.*, mand. ut se informet et referat super eo quod Benevenutus, mag. generalis ord. Cruciferorum, Sed. Ap. immed. subjecti, Bononiæ residens, diversos excessus commisit; bona ipsius ord. dilapidat et consumit; beneficia exponit venalia et per simoniacam pravitatem confert; collectas ac onera gravia imponit eccl. et hospitalibus ord. memorati, eaque ab illis violenter extorquet, imo omnia quæ recipit expendit in usus et actus viles, inhonestos et turpes; laborat etiam vitio incontinentiæ; ex adulterio prolem suscepit, et susceptam nutrit, multaque alia crimina et excessus continue perpetrat; instantibus Severino, s. Spiritus Viter-

Datum *Avenione.*

bien., et Andrea, s. M. de Virginibus, Neapolitan. domorum ord. prælibati prioribus. (*A.* 50, f. 453; *V.* 122, n. 633.)

26 maii. (VII kal. jun.) Gr. pro card.

3850. — *Patriarchæ Aquilejen.*, mand. ut Alexium, cler. Aquilejen. di., in præpositum colleg. et sæc. eccl. s. Stephani prope Aquilejam per violentiam et simoniacam pravitatem de facto intrusum, ac Morandum de Porcilli, can. Aquilejen., filium et hæredem quond. Frederici de Porcilli Aquilejen., (cui tunc viventi tamquam nob. et potenti b. m. Petrus s. Angeli diac. card. dictam præposituram concesserat) locum et fortalitium infra quod eccl. præfata consistit de facto occupantem appellatione remota compellat ad dimittendum possessionem liberam præposituræ, ecclesiæ, loci et fortalitii prædictorum Joanni, s. Angeli diac. card., ad quem ipsa præpositura ex collat. Sed. Ap. noscitur pertinere. (*A.* 49, f. 169; *V.* 121, n. 302.)

27 maii. (VI kal. jun.) T. XII.

3851. — *Ep.o Albenganen.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Theodescus, ep.us Naulen., cujus mensæ monast. s. Eugenii insulæ Liguriæ, O. S. B., Naulen. di., canonice est unitum Odonem de Carcariis, mon. dicti monast., ac rectorem paroch. eccl. Villæ Altaris, ejusd. di., per mon. dicti monast. gub. solitæ, sine causa rationabili, imo impetuose et ex abrupto nisus est expellere a possessione eccl. supradictæ, et licet prædecessores ejus, ep.i Naulen., XII monachos in dicto monast. tenere consueverint, tamen dictus Theodescus solum unum mon. fautorem Ludovici de Bavaria ibidem tenet, ut fructus solus valeat usurpare; instantibus Thoma de Careto, marchione Saonen., ac domino villæ præfatæ, nec non universitate ejusd. villæ, in quam præfatus ep.us interdicti sententiam promulgavit. (*A.* 49, f. 130 v°; *V.* 121, n. 216.)

28 maii. (V kal. jun.) T. XX.

3852. — Quietantia 8,000 unciarum, seu 40,000 flor. auri per *Robertum, regem Siciliæ* solutorum pro censu Rom. Eccl. annis singulis in festo s. s. Apost. Petri et Pauli pro regno Siciliæ et terris citra Pharum solvendo. (*A.* 50, f. 408; *V.* 122, n. 655.)

29 maii. (IV kal. jun.) T. XXX.

3853. — *Ad perp. rei mem.* decernitur quod in regno, civit., et di. Valentin. observari debet ordinatio per Joannem XXII facta quoad ecclesias civit. et di. Barchinonen. ac alias eccl. Aragoniæ et Majoricarum regnorum, nimirum quod presbyteri possidentes capellanias 20 lib. barchin. et in eis residentes decimam et alia subsidia solvere, nec non et alia extraordinaria onera imposita et imponenda supportare nullatenus teneantur. (*A.* 49, f. 159; *V.* 121, n. 280.)

Ut s.

* **3854.** — *Archiep.o Bremen.*, committitur relaxatio quarumdam sententiarum latarum contra Wesekonem de Hordorp, civem Magdeburgen. ejusque posteros propter internecionem Bœcardi, archiep.i Magdeburgen. (*V.* 122, n. 674.)

31 maii. (II kal. jun.) T. X.

3855. — *Armando, archiep.o Aquen.*, mand. ut Dulciæ Cornutæ, Raimundi Ægidii de Castronovo, mil. pauperis sed nob. generis viduæ Aquen. di., recompensationem condecentem exhibere non omittat pro possessionibus et censibus in territoriis de Podioricardi et s. Joannis de Lexales, dictæ di., consistentibus, et per eam Petro, ep.o Prænestin., tunc archiep.o Aquen., pro Aquen. eccl. cessis, ad valorem 13.000 sol. tur. ascendentibus; attento quod. Petrus Orioli, archiep.us Aquen., proximus ejusd. Petri successor, morte præventus, dictam recompensationem non adimplevit, et b. m. Jacobus, archiep.us Aquen., proximus ipsius Petri Orioli successor nonnisi 28 flor., 12 agn. auri, et 30 tur. arg., ac 30 liliatos pro expensis eid. Cornutæ fecit ministrari. (*A.* 49, f. 165 v°; *V.* 121, n. 296.)

1 (kal.) *jun.* T. XII.

3856. — *Raimundo de Pojoliis, can. Albien., ducatus Spoletan. rectori*, mand. ut quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernat super eo quod ep.us Nucerin. canon. et præb., seu perpet. benef. s. c. in eccl. seu plebe Casæ Castaldæ, Nucerin. di., per

Datum *Avenione.*

obit. Giacanelli de Perusio vac., et Francisco filio Nicolai de Senis, P. P. cursoris, cler. Senen., litterarum Joannis XXII auctoritate collata, Petro Sercelli, famil. suo, cler. Perusin., de facto contulit, ipsum per suam potentiam in possessionem immisit et manutenet. (*A.* 50, f. 456 v°; *V.* 122, n. 644.)

3357. — *Vacat.*

1 (kal.) *jun.* Gr. pro Deo.

* **3358.** — *Ep.o Tervisin.*, mand. ut fratres Hospitalis s. Joannis Hierosolymitan. in suburbio s. Thomasii civit. Tervisin. degentes monitione præmissa et appellatione remota compellat ut cessent ab impedimento quod apposuerunt ne commune et populum Tervisin. reædificarent locum et oratorium fratrum Armenorum, ord. s. Basilii, olim in dicto suburbio constructum, s. Spiritus vocabulo insignitum et propter timorem quond. Canis de La Scala, de Verona, usque ad superficiem terræ penitus demolitum; non obst. quod situm sit in parochia Hospitalis ejusd. (*A.* 49, f. 118 v°; *V.* 121, n. 193.)

3 (III non.) *jun.*; Gr.

3359. — *Bernardo de Piano, sacristæ Magalonen.*, mand. ut super nonnullis articulis pro parte capit. Valentin. et Dien. eccl. canonice unitarum, universitatis civit. Valentin. subditorum ejusd. eccl. Valentin., et nob. Alberti, domini de Cassanatico, Gratianopolitan. di., contra Aimarum, Valentin. et Dien. ep.um, nec non super aliis articulis excusationum causas ep.i præfati continentibus P. P. respective oblatis et pridem ipsimet transmissis, inquirat et procedat ad ulteriora simpliciter et de plano. (*A.* 49, f. 112; *V.* 121, n. 179; cf. n. 3890.)

10 (IV id.) *jun.* T. X.

3360. — *Ep.o Carcassonen.*, mand. ut simpliciter ac de plano faciat, appellatione postposita, justitiæ complementum super eo quod Bertrandus de Monteolivi, civis Carcassonen., per Guidonem de Maureolis, can. Lemovicen., collectorem decimæ Philippo, regi Franciæ, concessæ in provincia Narbonen., in collectorem substitutus et eidem Guidoni in 3,000 lib. tur. obligatus multas pecuniarum summas et alia bona sua mobilia infra septa monialium monast. s. Claræ Carcassonen. malitiose et clandestine deposuit in fraudem canonici antedicti; dictæ enim moniales exemptæ sunt. (*A.* 49, f. 149; *V.* 121, n. 243.)

11 (III id.) *jun.* T. X.

3361. — *Ep.o Perusin.*, mand. ut potestatem et capitaneum civit. Perusin. monitione præmissa et appellatione remota compellat ut omnino revocent sententiam per quam (sub prætextu quorumdam excessuum seu maleficiorum in personam Oddonis Ungari, civis Perusin., commissorum et aliorum enormium excessuum) Uctiolum, quond. Gualfredutii, mon. monast. s. Petri prope Perusium, O. S. B., priorem s. M. de Fonte, dicti ord., Perusin. di., condemnarunt ad exbannitionem de civit. prædicta et ad abscissionem capitis. (*A.* 49, f. 129; *V.* 121, n. 213.)

12 (II id.) *jun.*

* **3362.** — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia*, mand. ut compellat Conticinum Bastardum de Sancta Flora, Clusin. di., ad dimittendum castrum Scaquilatii, Suanen. di., abb. et conv. monast. s. Anastasii prope Urbem, ord. Cist. (*V.* 122, n. 667; Riezler, 1815.)

Ut s. — T. X.

3363. — *Archiep.o Ebredunen., et mag. Rainaldo de filiis Ursi, de Urbe, ac Stephano de Prato, can. Faventin.*, mand. ut procedant ad ulteriora in causa vertente inter Bandinum Campanæ, de Florentia, plebanum plebis s. Alexandri de Giogolis, Florentin. di., ex una parte et Gentilem quond. Montis de Bondelmontibus, cler. Florentin., ex altera, super eo quod idem Gentilis dictum plebanatum præfato Bandino apost. auctoritate collatum temeritate propria occupavit et per quinque annos tenuit, fructus (ad val. 800 flor. auri) ejusdem percipiendo. (*A.* 49, f. 134 v°; *V.* 121, n. 224.)

Ut s. — T. X.

3364. — *Ep.o Morinen.*, mand. ut faciat justitiæ complementum abbati et conv. monast. de Dunis, Cist. ord., Morinen. di., qui quotidie molestantur a diversis usu-

Datum *Avenione.*

rariis, cum quibus a XXXVIII annis propter guerras Flandriæ, ac graves exactiones principum, et inundationem marinorum fluctuum mutuum contrahere coacti fuerunt; attento quod ipsi usurarii jam receperunt sortem suam, quinimo eorum aliqui magis in triplo vel quadruplo quam ascenderet debitum principale. (*A.* 49, f. 145 v°; *V.* 121, n. 254; cf. n. 3842.)

15 jun. (XVII kal. jul.) T. XII.

3865. — *Guillelmo Arnaldi de Querio, can. Conseranen., rectori, et Stephano Benerii, cap. eccl. de Gaulejaco, Sarlaten. di., thesaurario Romandiolæ*, mand. ut Franciscum, filium quond. Hugolini de Faventia, in dicta provincia officium vicethesaurarii gerentem et personaliter ad Sed. Apost. absque negotiorum incommodo accedere non valentem, super ætate, lectura, instructione, ac cantu, aliisque meritis ejus examinare procurent et referant, ut agnoscatur an sit idoneus ad obtinendam gratiam ipsi factam de canon. eccl. Regin. sub exsp. præb. (*A.* 49, f. 146 v°; *V.* 121, n. 258.)

17 jun. (XV kal. jul.)

3866. — *Mag. Guillelmo Lombardi*, can. Mirapiscen., officiali Avenionen., committitur Inquisitionis hær. prav. officium in Rom. Cur. et ubi P. P. contigerit interesse. (*V.* 131, f. 43, n. 153.)

22 jun. (X kal. jul.) T. X.

3867. — *Cagnardo de Sabalhano, can. Convenarum, Marchiæ Anconitan. rectori*, mand. ut, prævia informatione, Severino, mon. monast. s. Mariani de s. Severino, O. S. B., Camerinen. di., de aliqua mansione in aliquo loco dicti monast. et de vitæ necessariis provideri faciat; attento quod Aldrovandus, abb. monast. Vallisfocinæ, ord. et di. prædict., quond. Bonumjoannem, abb. dicti monast. s. Mariani et eumd. Severinum, ipsius consobrinum de ipso monast. violenter expulit et in illud se intrusit. (*A.* 49, f. 233; *V.* 121, n. 423.)

Ut s. — T. XII.

* **3868.** — *Philippo Turvill, et Guillelmo de Leicestrio, canonicis Lichefelden., ac guardiano minorum Lichefelden.*, committitur causa vertens inter decanum et capit. eccl. Eboracen., ex parte una, et Willelmum, archiep.um Eboracen. ejusque officiales et ministros, ex altera, super jurisdictione et privilegiis eisd. decano et capit. competentibus, ac super effectu cujusdam compositionis inter partes præfatas initæ, contra quam prælibati archiep.us, officiales et ministri de die in diem venire conantur, sententias excom., suspensionis et interdicti contra decan. et capit. promulgando, eos a choro et ab eccl. ingressu arcendo, illicita, indebita et insolita juramenta ab eis extorquendo, pœnitentias, mulctas et pœnas eis imponendo. (*A.* 50, f. 456; *V.* 122, n. 659; Bliss, II, p. 536.)

Ut s. — T. XII.

3869. — *Joanni, abb. Casædei, Claromonten. di., et mag. Guigoni de s. Germano, præp. Anicien.*, mand. ut absque moræ dispendio ad civit. Lugdunen. se personaliter conferentes, ad sopiendam materiam dissentionis exortæ inter Guillelmum, archiep.um Lugdunen., ex una parte, et decanum ac capit. eccl. Lugdunen. ex altera, super diversis articulis P. P. transmissis omnibus modis efficaciter laborent sin minus eos coram P. P. citare procurent. (*A.* 50, f. 440 v°; *V.* 122, n. 661.)

Ut s.

3870. — *Eisdem*, mand. ut inquirant et referant de statutis editis per capit. Lugdunen. (*V.* 122, n. 659.)

Ut s. — T. X.

3871. — *Ep.o Tarvien.*, mand. ut faciat justitiæ complementum simpliciter et de plano super eo quod Aquen. et Lascurren. ep.i occupata detinent nonnulla loca di. Oloren., et propter eorum potentiam temporalem et divitias ep.us Oloren. ordine judiciario cum ipsis nequit litigare. (*A.* 49, f. 168; *V.* 121, n. 295; cf. n. 3903, 3931.)

Ut s.

3872. — *Archiep.o Nicosien.*, committitur causa vertens inter mercatores societatis Bardorum, de Florentia, in regno Cypri commorantes ex parte una, et ep.um ac capit. Paphen., ex altera, super restitutione cujusd. pecuniæ summæ quam Joannes XXII pro defensione insulæ Cypri contra infideles Turchas et perfidos Agarenos

Datum *Avenione.*

de pecunia Cameræ Apost. b. m. Geraldo ep.o Paphen. assignari et tradi mandavit; qui cum eam pro defensione insulæ prædictæ non expendisset, pro evidenti utilitate eccl. suæ Paphen. illam, de licentia ejusd. prædecessoris, a dictis mercatoribus recepit, et propterea se ipsum et suos successores ac Paphen. eccl. obligavit. (*A.* 50, f. 440; *V.* 122, n. 660.)

22 jun. (x kal. jul.) Gr. pro script.

3873. — *Ep.o Pennen.*, mand. ut provideat seu præcaveat periculis quibus exponuntur parochiani ecclesiarum civit. Pennen. portando corpora defunctorum et pueros baptizandos tempore pluvioso, ventoso et hiemali ad eccl. et cœmeterium eccl. cathedralis dictæ civit. consistentis in loco alto et gravis ascensionis; instante Benedicto de Alatro, archipr. eccl. s. Nicolai Pennen., petente concessionem fontium baptismalium et cœmeterii pro eccl. sua in pulchriori et planiori loco fundata et 500 parochianorum hospitia habente. (*A.* 49, f. 161 v°; *V.* 121, n. 285.)

Ut s. — T. XX.

3874. — Quietantia 4,000 unciarum auri (in diminutionem 88,852 unc.) per *Robertum, regem Siciliæ*, solutarum pro termino festi Nativitatis s. Joannis Baptistæ, juxta prorogationem ipsi per Joannem XXII gratiose concessam. (*A.* 50, f. 406 et 408; *V.* 122, n. 654.)

29 jun. (III kal. jul.) T. XII.

3875. — *Rogerio de Vintrono, can. Ruthenen., Campaniæ Maritimæque rectori*, mand. ut simpliciter et de plano justitiæ complementum faciat super eo quod nob. Franciscus de Cecano, Ferentinaten. di., castrum vocatum Castellum domini Mathiæ, Anagnin. di., (quod in suis manibus per nob. Adenulphum, filium Mathiæ de Papa, mil. Anagnin., cujus amicus credebatur, positum fuerat tenendum quousque parentela inter liberos ejusdem Adenulphi et cujusdam alterius nobilis completa existeret) restituere indebite denegavit, et tamdiu retinuit quousque nob. Petrus de Piperno, socer filii dicti Adenulphi, promisit solvere 2,000 flor. pro restitutione dicti castri. (*A.* 49, f. 175 v°; *V.* 121, n. 312.)

Ut s.

3876. — *Eidem* committitur ut inquirat et referat si expediat concedere castellaniam Castri castri in provincia Campaniæ consistentis, sub servitio antiquitus fieri consueto, Stephano Picaloti de Paliano, laico Anagnino, antiquo domicello et famil. Annibaldi, ep.i Tusculani. (*V.* 122, n. 668.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

3877. — *Officiali Tolosan.*, mand. ut creditores Bernardi de Balaguerio et Petri de Unda, fratrum, civium Tolosan., appellatione remota compellat ad relaxandum juramentum per eos præstitum, et deinde ab ipsis civibus cessione bonorum et juratoria cautione recepta ipsos ab excom. sententia absolvat; nullatenus enim solvere possunt et ipse Bernardus duos filios suos alere nequit. (*A.* 49, f. 197 v°; *V.* 121, n. 351.)

30 jun. (II kal. jul.) T. XIV.

3878. — *Ep.o Parisien.*, mand. ut justitiæ complementum faciat super eo quod Joannes, archiep.us Remen., et officiales ejus observare contemnunt compositionem inter b. m. Guillelmum, s. Sabinæ pr. card., tunc archiep.um Remen., et decanum ac capit. eccl. Remen. initam, et per Innocentium III confirmatam, nec non sententiam contra b. m. Petrum, archiep.um Remen., per Martinum IV, tunc Simonem, s. Cæciliæ pr. card. denominatum et in Gallia legatum latam « super creatione et receptione francorum servientium dictorum capituli communium vel singularium canonicorum ipsius ecclesie ac super ipsorum servientium et mansionariorum ejusdem ecclesiæ libertate. » (*A.* 49, f. 209 v°; *V.* 121, n. 373.)

1 (kal.) *jul.* T. L.

3879. — *Bernardo de Genebreda, de Longavilla, et Joanni de Flisco, s. Pauli de Cadajovis, Clun. et s. B. ordinum, Rothomagen. et Vauren. di., prioratuum prioribus*, mand. ut requirant et moneant abbates, capit. cathedralium eccl., priores et alios administratores ord. monachorum nigrorum exemptos et non exemptos de quibus eis magis

Datum *Avenione.*

videbitur expedire, ut eis pro expeditione celeri et utili quarumdam litt. apost. reformationem religionis prædictæ tangentium ad Rom. Cur. certam pecuniæ quantitatem transmittant. (*A.* 50, f. 403 et 457 v°; *V.* 122, n. 645.)

4 (IV non.) *jul.* T. XVI.

3880. — *Aretin., et Cortonen., ac Firman. ep.is.* Laurentius quond. de Mondaino, ord. Min., asserens se inquisitorem fidei in Marchia Anconitana, contra quond. Fredericum, comitem Montisferetri processum quemdam fabricavit; postea vero Hildebrandinus, can. plebis s. M. de Bibiena, Aretin. di., Alexandri, ep.i Urbinaten., infamiam facti hujusmodi sentientis, vicarius generalis, adjunctis sibi gardiano et lectore ord. min. Urbinaten. pluribusque jurisper., dictum Fredericum super xxx articulis fidem tangentibus inquisivit, ipsumque personaliter arrestavit, et postea tanquam contra veritatem diffamatum et verum catholicum sententialiter a præmissis absolvit. Nunc autem, instantibus Galasso et Nolfo aliisque ipsorum fratribus, dicti Frederici filiis, comitibus Feretran., P. P. dictis ep.is mand. ut tam processus per Laurentium factos quam inquisitionem ipsius Hildebrandini, necnon absolutoriam sententiam sub forma publica exigant et absque mora Sed. Ap. transmittant; posteaque inquisitorem fidei, dicti Laurentii successorem, aliosque qui sua crederent interesse citent ut infra XL dies apost. conspectui se præsentent. (*A.* 50, f. 441; *V.* 122, n. 663.)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.*

11 (V id.) *jul.* T. CD.

* **3881.** — *Ad perpet. rei mem.* Statuta per P. P. edita circa eccl. Albien. jamdudum de regulari statu O. S. A. in sæcularem translatam. Inter cætera statuitur quod capit. ejusd. eccl. Christi pauperibus annuatim erogare tenetur 200 sextaria frumenti, prout hactenus ibidem est fieri consuetum. (*A.* 49, f. 242; *V.* 121, n. 438; cf. n. 3916.)

15 (id.) *jul.* T. XII.

3882. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut Donosdeum, ep.um Senen., attentius requirat ut omnino desistat a comminationibus et injuriis mag. Blasio de Senis, in Rom. Cur. advocato, et Hugoni Bindi, plebano plebis s. Andreæ de Bozone, Senen. di., ipsius nepoti, illatis; sin minus eumdem ep.um citare procuret ut conspectui apost. personaliter se præsentet pro meritis recepturus, ac apost. beneplacitis et mandatis efficaciter pariturus; præfati enim Blasius et Hugo, propter illa quæ per dictum ep.um et Nicolaum Vulti de Malavultis, cler. Senen., ipsius ep.i nepotem (contra tres sententias diffinitivas in palatio Ap. promulgatas ac varios processus excom., suspensionis et interdicti sententias continentes plebanatum præfatæ plebis injuste detinentem) eis ad mortem parantur, in magno periculo fore noscuntur. (*A.* 50, f. 405; *V.* 122, n. 650; cf. n. 3808.)

17 jul. (XVI kal. aug.) T. XII.

3883. — *Mag. Guillelmo Medici, can. Ilerden., nuntio Apost. in prov. Auxitana*, mand. ut ad hospitale s. Jacobi prope Condomium se personaliter conferens et inspecto inventario bonorum ejusd. tempore administrationis Petri Joannis, prioris, facto, de administratis per eum ac de ipsius hospitalis statu plenaria informatione recepta, quæcumque per hujusmodi informationem repererit, nec non omnia bona, debita et credita ejusd. hospitalis in scripturam publicam redacta fideliter P. P. transmittat. (*A.* 49, f. 221 v°; *V.* 121, n. 396; cf. n. 3804, 3905.)

18 jul. (XV kal. aug.)

3884. — *Abb. et conv. monast. s. Germani Autissiodoren., O. S. B.*, mand. ut Hugoni Tavelli, pr. Eduen. di., juxta litt. apost. eis directarum continentiam quoddam benef. conferant. — In e. m. officiali Autissiodoren. (*V.* 122, n. 666.)

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

18 jul.
(XV kal. aug.)
T. VIII.

3885. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Roba, quond. Bindi de Ricassole, per violentiam occupavit et per triennium detinuit plebanatum plebis s. Justi in Salice, Fesulan. di., a Joanne XXII Rogerio, quond. Guidonis comitis de Romena, collatum. Judices alii per Sed. Ap. super hoc deputati procedere non curant, anno et amplius jam elapso. (*A.* 49, f. 228 v°; *V.* 121, n. 412.)

19 jul.
(XIV kal. aug.)
T. XVI.

3886. — *Ep.o Ruthenen.*, mand. ut Geraldum Rogeti, rectorem paroch. eccl. de Albanhaco, Ruthenen. di., reducat ad pristinum statum in quo erat antequam sectio seu divisio decimarum ejusd. eccl. fieret, (quæ quidem eccl. 30 lib. tur. valoris annui non excedebat). Portio autem sic secta a Ratherio de Miromonte, ep.o Vasionen., antequam consecraretur detenta fuit quasi pro benef. s. c. (*A.* 50, f. 404 v°; *V.* 122, n. 649.)

20 jul.
(XIII kal. aug.)
Gr. pro card.

3887. — Statuitur quod archipr. et decem canonici eccl. Ostien. præsentes et posteri tenentur in ea personaliter residere, vel singulos vicarios loco suo tenere. Ep.o Ostien. conceditur potestas faciendi observari istam constitutionem, quæ potestas transfunditur in successores ejus. Non obstantibus privilegiis per quæ archipr. mitra, annulo et baculo pastorali uti, canonici vero præfati tamquam canonici basil. Principis Apost. vel s. M. Majoris de Urbe fructus suos absque residentia percipere possunt. (*A.* 49, f. 219; *V.* 121, n. 391; Maroni, *De ecclesiis et episcopis Ostiensibus* (Romæ, 1766), pp. 114-116.)

23 jul.
(VIII kal. aug.)
Gr. pro card.

3888. — Ad cautelam decernitur quod unio prioratus de Duratio, O. S. B., Agennen. di., per mon. prioratus convent. de Regula, dicti ord., Vasaten. di., gub. soliti, a Joanne XXII facta eidem prioratui de Regula, Raimundo, s. Mariæ Novæ diac. card., collato, effectum suum sortiri debet; ita ut revocatio facta per P. P. de concessionibus quorumqumque benef. ad hanc unionem nullatenus se extendat. (*A.* 49, f. 182; *V.* 121, n. 325.)

26 jul.
(VII kal. aug.)
T. XXX.

* **3889.** — *Archiep.o Pisan., et abb. monast. Vallisumbrosæ, Fesulan. di.*, mand. ut quemdam militem et alios potentes detinentes occupatum monast. s. Pauli ad Ripam Arni Pisan., ord. prædicti, appellatione remota compellant ad dimittendum penitus dictum monast.; in quo quidem cum multitudine armatorum fuerunt intrusi per Fridianum abb. ipsius diversis criminibus irretitum, idiotam, bonorum dilapidatorem, et tempore Joannis XXII per Pontium Stephani, can. Biterren., Apost. Sed. nuntium et in partibus Januæ ac Tusciæ monast. non mendicantium visitatorem, a regimine dicti monast. sententialiter suspensum. (*A.* 49, f. 207; *V.* 121, n. 369; cf. n. 3796, 3828, 3940, 3992, 3993.)

27 jul.
(VI kal. aug.)
T. X.

3890. — *Bernardo de Piano, sacristæ Magalonen.*, mand. ut Aimarum, Valentin. et Dien. ep.um, in omnibus suis justis defensionibus audiat super articulis ex parte capit. Valentin. et Dien., universitatis civit. Valentin., universorumque subditorum dictæ eccl. Valentin., et etiam nob. Alberti, domini de Cassanatico, Gratianopolitan. di., pridem P. P. exhibitis et ipsimet sacristæ assignatis. (*A.* 49, f. 177 v°; *V.* 121, n. 316; cf. 3859.)

28 jul.
(V kal. aug.)
T. XII.

3891. — *Prioribus de Columbe ad duas ecclesias, et s. Petri de Barro, ac decano s. Laurentii de Joinvilla, Lingonen. et Catalaunen. di.*, iterum mand. ut citent personaliter Hinterium de Jarmay, mon. monast. Derven., O. S. B., Catalaunen. di., in abb. ejusd. monast. electum, qui jam citatus non curavit personaliter comparere. (*A.* 49, f. 183 v°; *V.* 121, n. 226; cf. n. 3821.)

29 jul.
(IV kal. aug.)
T. XII.

3892. — *Philippo Vallani, Perutiorum, et Gerardo Bonensegne, Bardorum societatum sociis, civibus Florentin.*, in Rom. Cur. residentibus, injungitur ut summam 7,000 flor. Rodulpho, abb. monast. s. Michaelis de Clusa, O. S. B., Taurinen di., restituant, non

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

obstantibus inhibitionibus per Clementem V et Joannem XXII in hac parte forsitan circumventos factis. (*A.* 49, f. 195 v°; *V.* 121, n. 348; cf. n. 3900.)

31 jul. (II kal. aug.) T. X.

3893. — *Ep.o Carcassonen.*, mand. ut Mennetum de Roberticuria, notarium et commissarium inquisitoris fidei in senescallia Carcassonen. peremptorie citare procuret, ut cum processibus contra Bernardum de Grava, lic. in leg., Pontium Rogerii, Giraudum Colli, Bernardum Asturconis et Durantum de Monteacuto, cives Albien., per eum factis infra unius mensis spatium apost. conspectui personaliter se præsentet, P. P. informaturus. (*A.* 49, f. 183 v°; *V.* 121, n. 327; cf. n. 3898.)

Ut s. — T. VI.

3894. — *Nob. Mastinus de La Scala* hortatur ut ob reverentiam Sed. Ap. Hugolinum, ep.um Parmen., quem bonis omnibus nequiter spoliatum de civit. et di. Parmen. fecit more latronum publice exbandiri, in statum pristinum revocare procuret, attendens quod laicis in clericos nulla est attributa potestas. (*A.* 49, f. 214; *V.* 121, n. 381.)

Ut s. — T. XVI.

3895. — *Officiali Sarlaten.*, mand. ut creditores Heliæ Pictavini, rectoris paroch. de Minzaco, Petragoricen. di., appellatione remota compellat ad relaxandum juramentum ab ipso rectore præstitum, eumdemque admittat ad faciendum ipsis creditoribus assignationem fructuum dictæ eccl., congrua portione retenta. (*A.* 49, f. 196; *V.* 121, n. 349.)

Ut s. — T. XVI.

3896. — *Canhardo de Sabalhano, can. Riven., Marchiæ Anconitan. rectori*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod nob. Guido, dominus castri Castricasiani, Senogalien. di., assumpta multitudine armatorum, equitum et peditum levium ad monast. s. M. Clarævallis de Castagnola, Cist. ord., dictæ di., accessit, et ut quemdam nepotem suum per tyrannidem intruderet in abbatia dicti monast. Laurentio de Saxoferrato, abb. ex provisione apost. assumpto, dixit quod aut ipse cederet abbatiæ suæ, vel ipsum vivum faceret sepeliri; ex quo dictus abbas per vim et metum eidem abbatiæ suæ renunciavit; instante abb. de Locedio, dicti ord., Vercellen. di., patreabbate monast. Clarævallis. (*A.* 49, f. 205 v°; *V.* 121, n. 366.)

1 (kal.) *aug.* T. V, IV.

3897. — *Ep.o Condomien.*, mand. ut monitione præmissa, sublato appellationis obstaculo, compellat ep.um Agennen. ut Raimundum Vayschera, pr. Agennen. di. ab ipso sine certo titulo ordinatum, nullumque benef. obtinentem saltem nunc provideat de quodam benef. juxta litteras Joannis XXII, ne pro necessariorum defectu cogatur ad illicita extendere manus suas. Sequitur hortatoria dicto ep.o Agennen. desuper transmissa. (*A.* 49, f. 229; *V.* 121, n. 415, 416.)

Ut s. — T. X.

3898. — *Ep.o Albien.*, mand. ut Bernardum de Grava, lic. in leg., Pontium Rogerii, Giraudum Colli, Bernardum Asturconis et Durantum de Monteacuto, cives Albien. citare procuret apost. conspectui personaliter se præsentaturos. (*A.* 49, f. 167 v°; *V.* 121, n. 299; cf. n. 3893.)

Ut s. — T. X.

3899. — *Abbatibus s. Remigii et s. Theoderici Remen., ac mag. Guillelmo de Niafla, can. Remen.*, mand. ut procedant contra quatuor servientes archiepiscopalis curiæ Remen., « apparitores » nuncupatos, qui sub prætextu quartæ partis funeralium rectori paroch. eccl. s. Petri Remen. debitæ, ratione funeris cujusdam pauperculæ mulieris quæ apud locum fratrum Min. elegerat sepulturam, eosdem fratres dictum funus comitantes coram populo multis injuriis affecerunt, in eos armati irruerunt, illos verberaverunt, ipsumque funus ad dictam paroch. eccl. reportaverunt, spreta appellatione apud Sed. Apost. interposita. (*A.* 49, f. 210; *V.* 121, n. 374.)

Ut s. — T. XVI.

3900. — *Rodulpho, abb. s. Michaelis de Clusa, ad Rom. Eccl. nullo medio pertin., O. S. B., Taurinen. di.*, datur facultas obligandi bona dicti monast. usque ad summam

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ*.

600 flor. auri mercatoribus Perutiorum et Bardorum societatum in Cur. Rom. vel alibi moram trahentium, ut eidem monast. restituatur depositum 7,000 flor. auri ponderis generalis per quond. Guillelmum, ejusd. monast. abb., penes eosdem mercatores olim factum. (*A.* 49, f. 195; *V.* 121, n. 347; cf. n. 3892.)

1 (kal.) *aug.*
T. XII.

3901. — *Abb. s. Petrivivi, ac archid. Meledunen., et Guillelmo Gotelant, canon. Senonen.*, mand. pro revocatione alienationis decimæ alliorum et ceparum monast. de Cella prope Trecas, ac manerii sive domus ipsius monast. appellatæ de Brullicourt, Trecen. di., una cum terris, pratis, pascuis, hominibus, jurisdictione et aliis juribus ad prædictum manerium pertin.; attento quod quond. Guillelmus abbas, tempore quo debilis in fortem moneta regia Franciæ mutanda publice dicebatur, decimam prædictam Petro Saugetæ, burgensi Trecen. (pro pretio 1,100 debilis monetæ, quæ paulo post non valuerunt nisi 550 lib. bonæ monetæ), manerium autem prædictum tunc in valore 120 lib. rendualium annis singulis existens (pro pretio 700 lib. dictæ debilis monetæ, quæ paulo post non valuerunt nisi 350 lib. bonæ monetæ) Petrachio Theodisto, mercatori Placentin., de consensu conv. sui ad vitam concessit; instante Stephano ipsius monast. abb. (*A.* 49, f. 191; *V.* 121, n. 340.)

Ut s. — T. VIII.

3902. — *Rogerio de Vintrono, can. Ruthen., Campaniæ Maritimæque rectori*, mand. ut auctoritate Ap. faciat justitiæ complementum super eo quod Joannes, filius quond. Nicolai Capotiæ, de Frusinone, mil., laicus Verulan. di., olim in septimo ætatis suæ anno constitutus propter quemdam excessum per quond. Franciscum, fratrem suum, commissum fuit a Joanne XXII excom. sententia innodatus, et bona ejus omnia a Rom. Eccl. confiscata fuerunt. (*A.* 49, f. 203; *V.* 121, n. 360.)

2 (IV non.) *aug.*
T. XVII.

3903. — *Ep.o Baionen.*, mand. ut fines utriusque episcop. Oloren. videlicet et Aquen., provinciæ Auxitan., limitet et distinguat. (*A.* 49, f. 278 v°; *V.* 121, n. 487; cf. n. 3871, 3931.)

3 (III non.) *aug.*
T. XVI.

3904. — *Subdecano s. Martini, et Arnaldo de Puiana, ac Guillelmo Joannis, canonicis Majoris eccl. Turonen.*, mand. ut moneant officiales sæc. curiæ Cenomanen., ac nonnullos familiares ep.i Cenomanen. ut ad civit. Turonen., quæ nonnisi per unam dietam a civit. Cenomanen. distat, deferant libros, vestes, pecuniam, vasa argentea, et omnia alia bona, quæ in domo Lobenchi de Podiolaurentio, can. Cenomanen., L. D., in claustro Cenomanen. eccl. situatam manu armata capere præsumpserunt. (*A.* 49, f. 206; *V.* 121, n. 367; cf. n. 3807, 3826.)

Ut s. — T. XVI.

3905. — *Mag. Guillelmo Medici, can. Ilerden., nuntio apost. in provincia Auxitan.*, mand. ut ad hospitale s. Jacobi prope civit. Condomii per b. m. Guillelmum, s. Cyriaci in Termis pr. card., fundatum personaliter se conferens, hospitale præfatum, nec non ipsius et Petri Joannis, prioris, bona omnia et singula ad manus P. P. ponere non omittat, administrationem eorum alicui personæ committat et rescribat. (*A.* 49, f. 221; *V.* 121, n. 394; cf. n. 3804, 3883.)

Ut s. — T. XVI.

3906. — *Ep.o Condomien.*, mand. ut prædictum Petrum, priorem, quanto citius poterit capiat seu capi faciat, ipsumque captum sub fida custodia ad P. P. præsentiam transmittat; ipse enim personaliter citatus de Rom. Cur. ad quam accesserat illicentiatus recessit. (*A.* 49, f. 221 v°; *V.* 121, n. 395.)

4 (II non.) *aug.*
T. X.

3907. — *Ep.o Melfien., et cantori, ac Gualterio Nicolai Vaccarii, can. Melfien.*, mand. ut infra tres menses sine difficultate procedant in causa ipsis a Joanne XXII commissa et vertente inter Nicolaum Guidonis, de Ripacandida, rectorem ruralis eccl. s. Donati, dicti loci de Ripacandida, Rapollan. di., ex parte una, et Bernardum, ep.um Rapollan., ex altera; qui ep.us, tunc electus, eumd. Nicolaum dicta eccl. ipsi

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

per dictum Joannem XXII collata, quam spatio x annorum tenuerat, nullo juris ordine servato temere spoliavit. (*A.* 49, f. 222; *V.* 121, n. 397.)

4 (II non.) *aug.*
T. X.

3908. — *Archiep.o Acheruntin., et abb. monast. s. M. de Baucia, Acheruntin. di., ac archid. Acheruntin.*, mand. ut si ep.us Melfien., cantor et canonicus præfati mandatum præinsertum neglexerint adimplere ipsi in dicta causa procedant. (*A.* 49, f. 222 v°; *V.* 121, n. 398.)

5 (non.) *aug.*
T. XII.

3909. — *Inquisitori hær. prav. in partibus Lombardiæ a Sed. Ap. deputato*, mand. ut Manfredino de Guarenzonibus, can. monast. s. Cathaldi Cremonen., O. S. A., impendat justitiæ complementum super eo quod audivit se insertum in sententia a Barnaba et Honesto, ord. Præd., tunc inquisitoribus lata contra quosdam Mediolanenses jam defunctos. (*A.* 49, f. 185 v°; *V.* 121, n. 330.)

7 (VII id.) *aug.*
T. X.

3910. — *Bertrando, archiep.o Ebredunen., Ap. Sed. nuntio*, mand. ut exhibere studeat justitiæ complementum circa defensiones per nob. Hugolinum et Corradum de Trinchiis, ac communitatem civit. Fulginaten. proponendas ad protendendam suam innocentiam quoad rebellionem et alios enormes excessus in castro Montisfalconis, ad Rom. Eccl. pertin., per eos, ut dicitur, commissos; rector enim ducatus Spoletan., qui certos processus auctoritate apost. contra eos habuit, nec ad eum venire, nec castrum Spelli, ubi tunc cum sua curia residebat intrare permisit, quin imo dictam curiam per octo dies et ultra vacare fecit, ne eis ad proponendas defensiones hujusmodi aditus panderetur. (*A.* 49, f. 211; *V.* 121, n. 376.)

17 aug.
(XVI kal. sept.)

* **3911.** — *Archiep.o Spalaten., et ep.o Tragurien., ac Clementi de Gangulis, can. Ragusin.*, committitur ut super quæstione quæ vertitur inter Marianum Domanha, ac officiales et universitatem Cataren. faciant justitiæ complementum. (*V.* 122, n. 669; Theiner, *Mon. Slav. Mer.*, I, n. 254.)

21 aug.
(XII kal. sept.)

3912. — *Petro, ep.o Aurasicen., comitatus Venaysini rectori*, mand., ex petitione Guillelmi de Bautio et Raybaudi de Podio, condominorum castri de Podio Almeratio, Vasionen. di., et successorum Raimundi, comitis Tolosani et Venayssini, ac Guillelmi de s. Mauritio, domini dicti castri de Podio, ut inquirat et referat circa illa quæ major curia Venayssini acquisivit et ad manum suam posuit ex possessionibus dicti castri, contra compositionem olim factam inter Raimundum et Guillelmum de s. Mauritio prædictos. (*V.* 122, n. 671.)

Ut s.

3913. — *Eidem rectori*, mand. ut audita Guillelmi de Bautio, domini de Camareto, Aurasicen. di., petitione inquirat et referat super quibusdam gravaminibus quæ, ex unione a Joanne XXII olim majori curiæ Venayssini facta castri de Sancta Cæcilia et quartæ partis castri de Gardapareoli, dictæ di., olim Hospitalis s. Joannis Hierosolymitan. et tunc de feudo dicti Guillelmi existentium, ipsi emergere potuerunt. (*V.* 122, n. 672.)

23 aug.
(X kal. sept.)

* **3914.** — *Gasberto, archiep.o Arelaten., camerario, et Joanni, ep.o Avenion., thesaur. apost.*, committitur receptio cujusdam summæ pecuniariæ in qua clerus Mediolanen. Cameræ Apost. noscitur obligatus. Tempore enim quo Bertrandus, ep.us Ostien., Joannis XXII legatus existebat in his partibus, dicta summa ad 14,000 flor. auri ascendebat; Pontifex autem 4,000 flor. tantum pro Camera Apost. exigit, et 3,000 flor. pro emendis calicibus, libris, ornamentis ad usum eccles. pauperum hujus di. relinquit. (*V.* 122, n. 680.)

Ut s. — T. X.
Gr. de mand. v. canc.

3915. — *Ep.o Spoletan.*, mand. ut sententias in illis partibus et in Rom. Cur. latas favore Massioli Joanneti, civis Spoletan., contra Joannem Colæ, de Perusio, Marmetum Franciæ, Pauletum Rotondi, et Massiolum Herigeti, concives ejus, super quan-

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

titate serici et bombycis ad eum spectante faciat observari. (*A.* 49, f. 233 v°; *V.* 121, n. 424.)

27 aug.
(VI kal. sept.)

3916. — *Abb. Bonæcumbæ, Cist. ord., Ruthenen. di.*, committitur publicatio quarumdam apost. constitutionum circa reformationem eccl. Albien., et receptio juramenti a Petro, ep.o, et capit. dictæ eccl. de prædictis constitutionibus observandis. In ipsis constitut. interea notatur quod « episcopi Albien. qui pro tempore fuerint in sui novitate, antequam ad capit. ipsius eccl. ut canonici admittantur, seu infra dimidium annum ex quo in hujusmodi novitate sui civitatem vel diœcesim ingressi fuerint Albien. personaliter jurent in præsentia capituli... servare statuta hujusmodi quantum eos concernunt ut episcopos et canonicos et ea facere observari... » (*V.* 131, n. 243, et 122, n. 670; cf. n. 3881; Daumet, *Ben. XII*, 212.)

30 aug.
(III kal. sept.)
T. III^XX.

3917. — *Decano et capit. eccl. Cameracen.*, mand. ut Guillelmo de Auxona, electo Cameracen., per P. P. promoto, obedientiam exhibeant; non obst. quod idem electus homagium non fecerit regi Romanorum, cum nullus rex Romanorum ad præsens existat. — In e. m. populo civit. Cameracen., et universis vassallis eccl. Cameracen. (*A.* 49, f. 232; *V.* 121, n. 421.)

31 aug.
(II kal. sept.)
T. X.

3918. — *Archiep.i, ep.i, abb., priores, decani, archid.i, et alii ecclesiarum prælati regni Franciæ*, hortantur ut hospit. domum Cæcorum pauperum Parisiis per s. Ludovicum, regem Franciæ, in honorem s. Remigii constructam commendatam habentes nuntiis domus ejusd., cum pro acquirendis eleemosynis ad partes eorum accesserint, litteras convocatorias favorabiles et benignas absque difficultate concedant. (*A.* 49, f. 263; *V.* 121, n. 463.)

1 (kal.) *sept.*
T. XX.

3919. — *Ep.o Parisien.*, mand. ut oblationes et emolumenta (12 lib. paris.) quæ in capella domus prædictæ proveniunt in perpetuum uniat eleemosynariæ regiæ, facta prius recompensatione decano et capit. ac curato eccl. s. Germani Autissiodoren. Parisien., qui dicta emolumenta recipere consueverunt; instante Philippo, Francorum rege. (*A.* 49, f. 259; *V.* 121, n. 457.)

Ut s. — T. X.

3920. — *Ep.o Carnoten.*, mand. ut a gravibus exactionibus et importabilibus gravaminibus abbati et conv. Majoris monasterii Turonen., ad Rom. Eccl. nullo medio pertin., O. S. B., illatis, ratione prioratuum infra parochialium eccl. suæ di. fines consistentium, cesset juxta privilegia eid. monast. per Alexandrum IV et Bonifacium VIII concessa. — In e. m. ep.o Trecen. et ep.o Ambianen. (*A.* 49, f. 292 v°; *V.* 121, n. 511.)

6 (VIII id.) *sept.*
T. X.

3921. — Paroch. eccl. de Carsano, Uticen. di., per obit. Hugonis Gordonis, extra Rom. Cur. defuncti, vac., collationi Sed. Ap. reservatur. (*A.* 49, f. 376 v°; *V.* 121, n. 634.)

13 (id.) *sept.*
T. X.

3922. — *Marturanen. et Bisinianen. ep.is*, mand. ut personaliter coram P. P. citare curent Robertum de Macla, ministrum fratr. Min. provinciæ Calabriæ, de quibusdam fidem tangentibus suspectum. (*A.* 50, f. 443; *V.* 122, n. 676.)

Ut s.

3923. — *Ep.o Tornacen.*, mand. ut perquiri faciat Simonem, dictum Serigne, de Sancto Gobano, Laudunen. di., falsarium, qui can. eccl. s. Petri Insulen., Tornacen. di., se asserebat, ut patet ex tenore litterarum Alexandri, decani, et capit. ejusd. eccl., ipsumque ad Rom. Cur. sub custodia bona transmittat. (*V.* 122, n. 673.)

14 sept.
(XVIII kal. oct.)
T. XVI.

3924. — *Archiep.o Capuan., et ep.o Casinen., ac Geraldo de Valle, can. Neapolitan.*, mand. ut se informent et rescribant super eo quod Persus de Villamora, Franciscus Judicis, Donatus et Angelus de Reate, canonici eccl. Theanen. ad Sed. Ap. appellarunt, occasione duarum electionum in ead. eccl. factarum, unius scilicet de Petro

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.*

Moret, can. Theanen., et alterius de Paulo de Gallucio, tunc ætatis XXII annorum, gerente se pro ipsius eccl. decano, alias inhabili, excommunicato, indigno, pluresque paroch. cum decanatu eccl. præfatæ sine dispens. detinente, et a nonnullis pretendentibus se ejusd. eccl. canonicos, cum non essent, electo, appellatione canonicorum legitim. ad Sed. Ap. neglecta. (*A.* 50, f. 442; *V.* 122, n. 675.)

22 sept. (X kal. oct.)

3925. — *Ad fut. rei mem.* Reservatio quorumcumque benef. et dignitatum per assecutionem aliorum benef. auctoritate apost. collatorum vac. et vacat., sive illa per resignat. simplicem vel ex causa permutationis ante assecutionem prædictam forsan vacare contigerit. (*A.* 50, f. 442 v°.)

Ut s. — T. XII.

3926. — *Archiep.o Narbonen.*, mand. ut, sublato appellationis obstaculo, justitiæ complementum faciat super eo quod canonici eccl. Carcassonen., O. S. A., capitali odio prosequuntur Petrum Maurelli, ejusd. eccl. can., Joannis XXII auctoritate (etiam post contestatam in Cur. Rom. litem) receptum, eique graves molestias intulerunt et inferunt, eum bis vituperabiliter ejiciendo, in curiis sæcularibus litigiorum anfractibus involvendo, capique eum frequenter faciendo, ita ut Joannes Maurelli Mercerii, civis Carcassonen., ejusd. canonici pater, a quo bona (quæ valent 40 lib. tur. annuatim) ad redimendam filii vexationem tradita receperunt, nec non uxor ipsius Joannis, ac filii et filiæ eorum quæ sunt in statu maritandi cogentur quanto citius victum quærere ostiatim, et, quod crudelius est, non potest idem Joannes in illis partibus absque periculo commorari, in quibus quidem partibus divitiis non modicum abundare solebat. (*A.* 49, f. 251 v°; *V.* 121, n. 444.)

Datum *Avenione.*

30 sept. (II kal. oct.)

3927. — *Ad fut. rei mem.* Confirmatur reservatio facta a Joanne XXII de paroch. eccl. s. Stephani de Milleriis, Constantien. di. vac. per assecutionem a Stephano Picardi factam de quadam alia eccl. (*V.* 122, n. 681.)

Ut s.

3928. — *Archiep.o Cæsaraugustan.*, mand. ut inquirat et referat super quibusdam venditionibus vel permutationibus quorumdam bonorum ad monast. Montis Aragonum, O. S. B., Oscen. di., in di. Valentin. et Ilerden., scilicet in partibus nimis remotis pertinentium, quæ ab abb., priore et conv. dicti monast. fieri debent. (*V.* 122, n. 682.)

1 (kal.) *oct.* T. XII.

3929. — *Archiep.o Bremen.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Ludovicus de Bavaria, a Sed. Ap. gratia separatus, Ludovico, primogenito suo de facto concessit terram dictam Uker, cum quadam civit. dicta Privislavia, ac cæteris civit., castris, munitionibus, villis, curiis, et aliis juribus ad dictam terram in marchionatu Brandeburgen. consistentem, et ad Henricum, ducem Brunswicen. et quond. Vitam, ejus uxorem, ex concessione legitima pertinentem spectantia. Vacante enim Imperio, sicut nunc vacare dignoscitur, ad alium præterquam ad P. P. dux præfatus non potest habere recursum. (*A.* 50, f. 443 v°; *V.* 122, n. 678; Riezler, 1838.)

Ut s. — T. XXX.

3930. — *Ep.o Magalonen.*, mand. ut doctoribus studii generalis Montispessulani tam præsentibus quam futuris inhibeat ne propter ipsorum accessus et labores ad examinationes secretas et publicas baccallariorum, et eorum approbationes, aut ex alia causa simili aliquid exigant, sed gratis accedant, ne dignorum nequeuntium solvere promotio retardetur. (*A.* 49, f. 253 v°; *V.* 121, n. 449; Fournier, *Statuts et priv. des Univ. franc.* II, n° 944.)

4 (IV non.) *oct.* T. XVI.

3931. — *Ep.o Baionen.*, mand. ut si forte repererit aliquos fines episcop. Oloren. et Lascurren. nondum distinctos et limitatos fuisse, illos distinguere et limitare pro-

Datum *Avenione.*

curet, non obst. commissione super præmissis facta ep.o Tarvien.; attento quod inter Arnaldum, ep.um Oloren., et ep.um Lascurren. orta est dissentio circa bastidam vocatam de Gan, quam Gasto, comes Fuxi, dominus terræ Bearniæ, de novo infra limites di. Oloren. construi fecit, et quæ propterea ad utramque legem diœcesanam et jurisdictioni præfati ep.i Oloren. est subjecta. (*A.* 49, f. 270; *V.* 121, n. 474; cf. n. 3871, 3903.)

11 (v id.) *oct.* T. X.

3932. — Decernitur quod reservatio canon. et præb. eccl. Engolismen., per obit. Arnaldi Bastonis vacantium a Joanne XXII facta perinde valere debet ac si litt. desuper factæ fuissent. (*A.* 49, f. 282 v°; *V.* 121, n. 493.)

15 (id.) *oct.* T. XVI.

3933. — *Mag. Bernardo Sistre, can. eccl. s. Hilarii Pictavien., in Anglia Apost. Sed. nuntio*, mand. ut taxationem decimæ fructuum thesaurariæ eccl. Hereforden., occasione duarum partium ceræ quæ ad tumulum s. Thomæ confessoris et ep.i Hereforden. (a Joanne XXII sanctorum catalogo adscripti) pia fidelium largitate obvenit, ad thesaurarium ipsius eccl. pertinentis, in 20 marchis sterling. augmentatam reducat ad taxationem moderatam; ipsorum enim fidelium devotione tepescente, vix sex libras ejusd. monetæ ex hac cera percipit. (*A.* 49, f. 292; *V.* 121, n. 510; Bliss, II, p. 531.)

Ut s. T. CLXXXV, CXCV.

* **3934.** — *Ad fut. rei mem.* Monitorium per quod Baldewinus, archiep.us Treveren., præp., decanus, et capit. Maguntin., aliique quamplurimi eis adhærentes nominatim expressi declarantur suspensionis, excom. et interdicti sententias auctoritate Joannis XXII pluribus vicibus promulgatas incurrisse, per sex annos et amplius animis induratis publice sustinuisse, processusque apost. solemniter publicatos parvipendisse; cassantur etiam gesta archiep.i Treveren. in eccl. Maguntin. intrusi, et capituli Maguntin., qui guerram validam suscitarunt contra civit. Maguntin., ex eo quod universitas ejusd. civit. Henricum archiep.um per Joannem XXII promotum recognoscebant, eique parebant; rumpitur etiam concordia inita inter eosdem archiep.um Treveren. et capit. Maguntin., ex parte una, et dictam universitatem, ex altera, per quam ordinarunt nequiter et contra Eccl. Rom. libertatem, reverentiam et obedientiam quod nullæ litteræ apost. ab aliquo recipi aut publicari deberent. (*A.* 49, f. 313 ad 320; *V.* 121, n. 550; Riezler, 1839; cf. n. 3957, 3997.)

Ut s.

3935. — *Argentinen. et Herbipolen. ep.is, ac præp. Avenion.*, mand. ut præfatum monitorium seu processum et omnia in eis contenta, et maxime citationem peremptoriam et personalem antedicti Baldewini, archiep.i, solemniter publicare procurent. (*A.* 49, f. 320; *V.* 121, n. 550.)

Ut s. — T. XL.

* **3936.** — *Ad fut. rei mem.* Revocantur sententiæ, statuta et mandata per canonicos eccl. Maguntin., ac privationes et collat. benef. per Hermannum de Bibera, pro decano eccl. s. M. Erforden., Maguntin. di., se gerentem, et a præfato archiep.o Treveren. commissarium deputatum de facto prolata et habita. (*A.* 49, f. 321; *V.* 121, n. 551.)

Ut s. — T. XI.

3937. — *Ep.o Uticen.*, mand. ut Bertrando de Remolinis, habitatori Aramonis, cler. conjugato suæ di., justitiam faciat contra officiales curiæ regiæ Aramonis, qui contra mandata Senescalli Bellicadri et Nemausi, necnon Philippi, regis Francorum, dictum Bertrandum bonis suis spoliaverant. (*A.* 50, f. 443 v°; *V.* 122, n. 679.)

19 oct. (XIV kal. nov.) T. XX.

3938. — *Archiep.o Beneventan., et Hugoni Rocas, rectori eccl. de Noalhaco, Ruthenen. di., thesaur. Beneventan.*, mand. ut se informent et rescribant super eo quod in eccl. Montismaran., per obit. Barbati ep.i vac., duæ electiones celebratæ fuerunt, una de quond. Angelo Audino, can. ejusd. eccl., et altera non in dicta eccl., nec in ejus di., sed apud castrum Montisfusculi, Beneventan. di.; super quo ad Sed. Ap. fuit appel-

Datum *Avenione.*

latum per electores dicti Angeli; quam quidem appellationem archid., archipr., primicerii et alii canonici numero xx in sacris ordinibus constituti ob paupertatem prosequi nequeunt. (*A.* 49, f. 274; *V.* 121, n. 480.)

22 oct. (XI kal. nov.) T. X.

3939. — *Bertrando, archiep.o Ebredunen., Ap. Sed. nuntio,* mand. ut se informet et rescribat super processibus habitis circa electionem Joannis de Brusatis, de Faventia, archipr. plebis de Rontana, Faventin. di., in ep.um Faventin., et circa ipsius Joannis consecrat., nec non de meritis ejusdem, et an de fidelibus Eccl. Rom. traxerit originem; electio enim et consecratio præfatæ contra reservat. generalem omnium cathedralium infra terras Eccl. Rom. immed. subjectas consistentium factæ viribus non subsistunt. (*A.* 49, f. 275; *V.* 121, n. 481.)

30 oct. (III kal. nov.) T. XII.

3940. — *Bonifacius Novellus, comes de Donoratico,* nec non antiani aliique rectores civit. Pisan. hortantur ut Simoni, archiep.o Pisan., et abb. monast. Vallisumbrosæ, Fesulan. di., patriabbati monast. s. Pauli ad Ripam Arni Pisan., ord. ejusd., favorem et auxilium impendant super exsecutione litt. apost. eis directarum circa præfati monast. s. Pauli gubernationem legitimam. (*A.* 50, f. 443; *V.* 122, n. 677; cf. n. 3796, 3828, 3889, 3992, 3993.)

8 (VI id.) *nov.*

3941. — *Geraldo, ministro generali ord. Min.,* sub certa forma committitur ordinatio monast. monialium ord. s. Claræ in villa Sattivæ, Valentin. di., ex voluntate Saurinæ de Lauria, Petri, regis Aragonum, consanguineæ fundati. (*V.* 122, n. 687.)

13 (id.) *nov.*

3942. — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia* committitur ut in quæstione quæ vertitur inter abbatissam et conv. monast. s. M. de Paradiso prope Viterbium, Cist. ord., et Fatium, natum Ægidii Mansingoni, civem et cler. Viterbien., faciat justitiæ complementum. (*V.* 122, n. 688.)

24 nov. (VIII kal. dec.)

3943. — *Corisopiten. et Veneten. ep.is,* committitur ut testes et notarios quos partes producere voluerint in causa quæ vertitur inter Hervæum, dominum de Trevalloet, et Yvonem Beseuc, Corisopiten. et Leonen. di., ex parte una, et Joannem Aufredi ord. Præd., inquisitorem hær. prav., et Alanum Thomæ ejusd. ord., vicarium dicti inquisitoris in provincia Turonen., ex altera, citent ut infra certi temporis spatium apost. conspectui se præsentent. Bona enim dictorum Hervæi et Yvonis nec non Catharinæ de Ponte, uxoris Hervæi, prætextu nonnullorum criminum et sortilegiorum quæ in necem quond. Petri, domini de Guergolle iidem Hervæus et Yvo dicebantur perpetrasse, sequestrata per sæcularem curiam de mandato inquisitoris et vicarii prædictorum fuerant. Inquisitore autem et vicario dicentibus dictam spoliationem minime ad eorum instantiam fuisse factam, Annibaldus, ep.us Tusculanus, qui causæ hujusmodi ex mandato Apost. cognitionem habuit restitutionem integram dictorum bonorum, et Guillelmi de Blemcan, pr. Leonen. di., qui occasione præmissorum per dictos inquisitorem et vicarium dicebatur carceri mancipatus, ad Sed. Apost. transmissionem decrevit. Quibus omnibus in Consistorio coram Pontifice relatis, P. P. dictam sententiam confirmavit, decernens dictum pr. necnon testes in iisdem si viverent, sumptibus producentium, ad suam præsentiam adduci; attestationes quoque et confessiones illorum qui præmissorum occasione dicuntur fuisse combusti vel in carceribus mortui, Apost. Sedi destinari; notarios etiam qui processus consignarunt, cum instrumentis veris et integris evocari; bona tandem, exceptis necessariis hujusmodi litis expensis, dearrestari et restitui. (*V.* 122, n. 684; cf. n. 2304, 5059, 5130.)

30 nov. (II kal. dec.) T. X.

3944. — *Abbatibus s. Mansueti Tullen., et s. Stephani Divionen., Lingonen. di., ac officiali Eduen.,* mand. ut revocent omnes alienationes per nonnullos abb. monast. Theoloci, Cist. ord., Lingonen. di., juris solemnitatibus minime observatis factarum de bonis ipsius monast. (*A.* 50, f. 395; *V.* 122, n. 690.)

Datum *Avenione.*

30 nov. (II kal. dec.) T. X.

3945. — *Rogerio de Vintrono, archid. Conchen. in eccl. Ruthen., Campaniæ Maritimæque rectori,* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod cives Verulan. quemlibet abb. monast. Casæmarii, Cist. ord., Verulan. di., cum de novo ad ipsius regimen promovetur, ad civit. Verulan. in propria venire persona, ac ad prandium duos boves et quatuor arietes, nec non panem et vinum et alia necessaria dare compellunt; quod nisi fiat cives ipsi bona dicti monast. diripiunt, ipsius conversos capiunt, afficiunt verberibus et proprio faciunt carceri mancipari; quæ abusio a paucis citra temporibus contra dictum monast. inolevit. (*A.* 50, f. 395; *V.* 122, n. 689.)

1 (kal.) *dec.* T. X.

3946. — *Ep.o Dolen.*, mand. ut auctoritate apost. procedat in negotio collationis paroch. eccl. s. Germani Redonen., per obit. Oliverii de Mombeylle vac., et ad præsentat. capit. eccl. Redonen. pertin., vigore gratiæ exsp. Petro Ausquerii de Bot, pauperi cler. Corisopiten. di. per Joannem XXII concessæ; attento quod canonici dictæ eccl. eidem Petro se opposuerunt prætextu cujusdam statuti in fraudem impetrantium benef. a Sed. Apost. editi. (*A.* 49, f. 375 v°; *V.* 121, n. 633.)

Ut s. — T. XVI.

3947. — *Ep.o Casinen., et Geraldo de Valle, can. Neapolitan.*, mand. ut Guillelmo Joannis, can. Turonen., decr. doct., beneficia quæ in civit. et di. Salernitan. (ubi olim vicarius quond. Arnaldi, archiep.i Salernitan., per plures annos extitit) pacifice possedit prius restituant, ipsique de fructibus eorum satisfieri faciant; attento quod archiep.us Salernitan. nimis facilis dicta benef. contulit nonnullis ipsum Guillelmum fore mortuum fraudulenter confingentibus. (*A.* 49, f. 334; *V.* 121, n. 234.)

5 (non.) *dec.* Gr. pro card.

3948. — *Ep.o Pistorien.*, mand. ut potestatem et alios officiales, consilium et commune civit. Lucan. moneat et inducat ut Mathæum, s. s. Joannis et Pauli pr. card., administratorem monast. s. Georgii Lucan., O. S. B., per Sed. Ap. deputatum, vel procuratores aut gentes ipsius nullatenus molestare præsumant, super exactione gabellarum et aliorum onerum quæ in dicta civit. laicis pro tempore imponuntur. (*A.* 49, f. 341 v°; *V.* 121, n. 587.)

Ut s.

3949. — *Ep.o Ferrarien.*, mand. idem quoad civit. Bononien., pro monast. s. Joannis in Monte, O. S. A., cujus administrator est idem card. (*V.* 122, n. 685.)

Ut s.

3950. — *Priori s. Crucis Tridentin.*, simile mand. ex petitione ejusd. card. pro monast. s. Laurentii Tridentin, O. S. B. (*V.* 122, n. 686.)

9 (v id.) *dec.* T. X.

3951. — Testimoniales consecrat. *Marci, ep.i, Justinopolitan.*, cum licentia recedendi de curia. (*A.* 49, f. 332 v°; *V.* 121, n. 570.)

13 (id.) *dec.* T. XXXV.

3952. — *Majoris monasterii Turonen., et s. Florentii de Salmuro, O. S. B., Andegaven. di., abbatibus,* mand. ut in Rothomagen. et Turonen. provinciis (quæ quoad celebrandum nunc et in posterum de triennio in triennium provinciale capitulum pro una provincia reputari debent) aliquod monast. ejusd. ord. eligentes, abbates et priores monast. et etiam priores cathedralium eccl. ipsius ord. ad ipsum capit. convocare procurent, et in eo publicent statuta per P. P. edita et ordinationes factas ad salubrem statum ord. monachorum nigrorum. (*A.* 49, f. 360 v°; *V.* 121, n. 650.)

Ut s. — T. XXXV. Pro qualibet.

3953. — Mandata similia quoad Strigonien. et Colocen.; quoad Bituricen. et Burdegalen.; quoad Remen. et Senonen.; quoad Viennen., Arelaten., Aquen. et Ebredunen.; quoad Terraconen. et Cæsaraugustan.; quoad Lugdunen., Bisuntin. et Tarentasien.; quoad Colonien. et Treveren.; quoad Cantuarien. et Eboracen.; quoad Salzeburgen. provincias; quoad regnum Bohemiæ; quoad Consan., Acheruntin., Tarentin., Brundusin. et Hyduntin.; quoad Gneznen.; quoad Neapolitan., Capuan., Salernitan., Amalphitan., Surrentin.; quoad Baren., Tranen., Sypontin., et Beneventan.; quoad Maguntin.; quoad Toletan.; quoad Bracharen.; quoad Terraconen. et Cæsaraugustan.; quoad Mediolanen., Januen. et Pisan.; quoad Compostellan. et Ispalen. provincias;

Datum *Avenione*.

quoad Urbem Romam; quoad Aquilejen. et Graden. patriar., et Jadren. Spalaten. et Ragusin., necnon et Ravennaten. provincias; quoad regnum Scotiæ.; et Panormitan., Messanen., et Montisregalis provincias. (*A.* 49, f. 361 ad 365; *V.* 121, n. 650.)

18 dec. (xv kal. jan.) T. XX.

3954. — *Archiep.o Ebredunen., ejusque suffraganeis,* inhibetur ne de cætero ad exactionem decimæ a Joanne XXII pro passagio generali Terræ Sanctæ per universas mundi partes usque ad sex annos impositæ procedere præsumant; cum præcepto ut decimam jam collectam singulis personis a quibus exacta extitit et soluta cum integritate restituant; prædictum enim passagium propter impedimenta aliqua pro præsenti fieri non potest. (*A.* 49, f. 356; *V.* 121, n. 651; Daumet, *Ben. XII*, 251.)

Ut s. — T. XX. Pro unaquaque.

3955. — Similes inhibitiones notificantur patriarchæ Aquilejen.; Panormitan., Compostellan., Toletan., Pisan., Viennen., Ravennaten., Patracen., Beneventan., Januen., Maguntin., Salzeburgen., Gneznen., Jadren. et Arboren. archiep.is eorumque suffraganeis; ep.is Anagnin., Tudertin., Fulginaten., Comaclen., Cortonen., Pistorien., Fesulan., Camerinen., Faventin., Ariminen., Senogalien., Narnien. (*A.* 49, f. 356 ad f. 359; *V.* 121, n. 652.).

20 dec. (xiii kal. jan.) T. XII.

3956. — *Ep.o Rapollan.* mand. ut causam appellationis a Seclegayda Pandona, monacha monast. s. Joannis Capuan., O. S. B., ad Sed. Ap. olim interpositæ a sententia contra ipsam per auditorem generalem Joannis, s. Theodori diac. card., tunc in Tuscia legati promulgata, eidem ep.o auctoritate Ap. commissam resumens, fine debito studeat terminare; monast. enim s. M. Capuan., de quo agitur, et cujus præfata monacha fuit electa in abbatissam propter diutinam vacationem gravia patitur detrimenta. (*A.* 49, f. 334 v°; *V.* 121, n. 575.)

21 dec. (xii kal. jan.) T. X.

3957. — *Henricus archiep.us Maguntin.* hortatur ut litteras et processus contentos in eis quas et quos adversus Baldewinum, archiep.um Treveren., ejusque fautores, nuper fecit P. P., ante adventum Guigonis de s. Germano, Anicien., et Nicolai Capociæ, s. Audomari Morinen. di. præpositorum, P. P. cap. et nunciorum (ad recipiendum pacificam possessionem ejusdem P. P. nomine castrorum, fortalitiorum, villarum, oppidorum, jurisdictionum et jurium eccl. Maguntin. in manibus ejus per eumdem Baldewinum libere positorum et etiam resignatorum et ad alia gerendum ad eccl. Maguntin. præfatam destinatorum) absque voluntate ipsorum non faciat, nec permittat aliquatenus publicari. (*A.* 50, f. 395 v°; *V.* 122, n. 691; cf. supr. n. 3934, seqq., infr. n. 3997, 4997, seqq.; Riezler, 1854.)

Ut s. — T. XII.

3958. — *Mag. Geraldo de Valle, can. Neapolitan., P. P. cap., in regno Siciliæ nuntio,* mand. ut fructus, redditus et proventus a iii kal. oct. prox. præt. ex civit. Bitecten. ac aliis bonis et juribus ad mensam archiep.i Montisregalis spectantibus, post obit. Joannis, s. Theodori diac. card., qui civit., bona et jura prædicta ex concessione apost. obtinebat, sequestratos et perceptos, Neapoleoni, electo Montisregalis, restituat. (*A.* 50, f. 395 v°; *V.* 122, n. 692.)

23 dec. (x kal. jan.)

3959. — *Abbatibus de Secusia, et de Caburro, ac eleemosynario de Clusa monast., Taurinen. di.,* committitur ut se informent quanta pecunia sufficiet ad reparationem dicti monast. s. Michaelis de Clusa, O. S. B., nuper incendio consumpti, et ut compellant subditos dicti monast. ad contribuendum ad hanc reparationem. (*V.* 122, n. 683.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI II (1336)

8 (VI id.) *jan.*

3960. — *Petro, ep.o Prænestin.*, mand. ut audiat causam vertentem inter procuratorem generalem causarum, litium et controversiarum Rom. Eccl. et universitatem hominum castri Meldulæ, Foropopulien. di., ad dictam Eccl. pertin., ex una parte, et, ex altera, universitatem hominum Forolivien., ac maxime Sinibaldum de Ordelappis et Claram, filiam quond. Scarpectæ de Ordelappis, cives Forolivien., qui congregato exercitu dictum castrum diutius tenuerunt obsessum, vineis et arboribus præcisis, et in manibus prioris et communis Florentin. posuerunt in sequestro. (*A.* 50, f. 47 v°; *V.* 122, n. 6 *de cur.*)

13 (id.) *jan.*

3961. — *Decano, et archid., ac cancellario eccl. Meten.*, mand. ut peremptorie citare curent Ademarium, ep.um Meten., ut apost. se conspectui repræsentet Cameræ Apost. et collegio cardinalium satisfacturus integre de residuo 16,378 flor. auri, 28 sol., 1 den. de quibus tantum solvit 6,108 flor., 28 sol., propter quod excom. majoris et suspensionis sententias noscitur incurrisse. (*A.* 50, f. 46; *V.* 122, n. 2 *de cur.*; Riezler, 1769; Daumet, 138; Sauerland, *Vatikanische Urkunden*, 725.)

16 jan. (XVII kal. feb.)

3962. — *Ep.o Virdunen.*, mand. ut similiter citare procuret Thomam, ep.um Tullen., Cameræ Apost. et collegio card. satisfacturum de residuo 2,770 flor. auri, 22 sol., et 6 den. monetæ coronatorum, quos post promotionem suam solvere promisit, et de quibus tantum solvit 1,700 flor. (*A.* 50, f. 46; *V.* 122, f. 13 v°, n. 3 *de cur.*; Riezler, 1771; Daumet, 140, Sauerland, 726.)

18 mart. (XV kal. apr.)

* **3963.** — *Ad fut. rei mem.* Mandata et ordinationes inter Ursinos, Sabellos et Columnenses fiunt, per quæ quædam castra ad monast. s. Pauli pertin. ponuntur sub custodia rectoris Patrimonii b. Petri. (*A.* 49, f. 408; *V.* 121, n. 1 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* t. II, n. 20.)

Ut s.

* **3964.** — Confirmatio treugarum inter præfatos Ursinos et Columnenses per Bertrandum, archiep.um Ebredunen., specialiter ad Urbem destinatum, et syndicum, ac defensorem dictæ Urbis a Rom. populo constitutum usque ad duos annos indictarum. (*A.* 49, f. 410; *V.* 121, n. 2 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* t. II, n. 21.)

13 (id.) *apr.*

3965. — *Bernardo de Piano, sacristæ Magalonen.* datur potestas petendi et recipiendi ab Aimaro, Valentin. et Dien. ep.o, et a capit. Valentin. et Dien. eccl., ac universitate civitatis Valentin., necnon a nob. Alberto, domino de Cassenatico, Gratianopolitan. di., tres flor. auri pro singulis diebus quibus fuerit prosecutus inquisitionis negotium ipsi per P. P. commissum super diversis articulis contra dictum ep.um et aliis

Datum *Avenione.*

articulis excusatoriis ejusd. ep.i ad Sed. Ap. destinatis. (*A.* 49, f. 411 v°; *V.* 121, n. 3 *de cur.*; Daumet, 162.)

13 (id.) *apr.* **3966.** — *Præfato sacristæ*, mand. ut ad eccl. supradictas aliaque loca Valentin. et Dien. di. personaliter accedens inquirat super prædictis articulis dumtaxat quos Petrus ep.us Prænestin. sub sigillo suo ei assignabit. (*A.* 49, f. 412; *V.* 121, n. 4 *de cur.*; Daumet, 163.)

23 apr. (IX kal. maii.) **3967.** — *Gasberto, archiep.o Arelaten., P. P. camerario*, datur quietantia certorum bonorum, rerum et librorum de partibus Pisan. Joanni XXII olim delatorum, et post ejus obit. per dictum camerarium realiter assignatorum Joanni de Cojordano, archid. Lunaten. in eccl. Biterren., P. P. cap. et thesaur.; cum inventario eorumdem bonorum, inter quæ existunt 339 annuli aurei et argentei, necnon 1,028 volumina diversorum librorum, quorum aliqui Sydonien eccl. asseruntur fuisse. (*A.* 49, f. 412 v°; *V.* 121, n. 5 *de cur.*; Daumet, 165.)

Ut s. **3968.** — Quietantia certarum pecuniarum aurearum, argentearum, ærearum, nec non auri et argenti per Gasbertum, archiep.um Arelaten., P. P. camerarium Joanni de Cojordano thesaur. assignatorum, quæ Joanni XXII obvenerant de bonis Clementis V aliorumque Pontificum; cum descriptione eorum per extensum. (*A.* 49, f. 415; *V.* 121, n. 7 *de cur.*; Daumet, 164.)

Ut s. **3969.** — *Prædictus mag. Joannes thesaur.* quittatur de omnibus quæ recepit et solvit seu dedit ratione officii sui, a tempore assumptionis P. P. usque ad diem VII mensis Jan. prox. præt. Cum enumeratione singularum pecuniarum in diversis monetis, et pro diversis causis receptarum et respective expensarum. (*A.* 49, f. 413; *V.* 121, n. 6 *de cur.*; Daumet, 166.)

1 (kal.) *maii.* **3970.** — Securus conductus pro nobilibus *Raimundo de Lisigniano, comite Curquen., et Gregorio Benedicti, mil.*, Leonis, regis Armeniæ, nunciis, cum nonnullis frumenti quantitatibus in subsidium ejusd. regis et fidelium Armeniæ per P. P. destinatis. (*A.* 50, f. 46 v°; *V.* 122, n. 4 *de cur.*; Daumet, 176.)

Ut s. **3971.** — *Universi Christifideles* in insulis Siciliæ, Cypri, Rhodi, Nigropontis et omnibus aliis terris, seu insulis ultra Pharum constituti, hortantur ut pro defensione regni Armeniæ, quod perfidus Soldanus Babiloniæ invadere satagit, se personaliter exponant; cum indulg. plenaria illis qui Crucis signo suscepto infra biennium in Armenorum succursum personaliter accesserint. (*A.* 50, f. 46 v°; *V.* 122, n. 5 *de cur.*; Raynaldi, an. 1336, XLI; Daumet, 175.)

3 (V non.) *maii.* **3972.** — *Archiep.o Neapolitan., ac Nolan. et Suessan. ep.is* mand. ut Raimundum Riccardi, de provincia Provinciæ oriundum, ord. Min., Neapoli commorantem, citare procurent ut cum libello quem dum esset Parisiis « de erronei cordis archivio » dicitur fabricasse, in quo multi et varii continentur errores quemque ad Montempessulanum temere destinavit, ex quo in dicto loco Montispessulani magnum scandalum est exortum, personaliter apost. se conspectui repræsentet, P. P. mandatis et beneplacitis pariturus. (*A.* 50, f. 450 v°; *V.* 122, n. 625.)

6 (II non.) *maii.* **3973.** — Reservatio provisionis omnium et singularum archiepiscopalium, episcopalium et collegiatarum eccl., ac abbatiarum, monast. et prioratuum conventualium, regularium et sæcularium, exemptorum et non exemptorum infra terras Rom. Eccl. subjectas consistentium, nunc vac., vel usque ad biennium vacaturorum. (A. 49, f. 380 v°; *V.* 131, n. 108; Daumet, 177.)

5 (non.) *jun.* **3974.** — *Petro, ep.o Prænestin., et Gotio, patriarchæ Constantinopolitan.* mand. ut Joanne, ep.o Avenion. et mag. Ludovico de Petragrossa, archipr. Vivarien., Eccl. Rom. procuratore vocatis, procedere studeant ad permutationem faciendam inter

Datum *Avenione.*

præfatum ep.um Avenionen. (cum consensu capit.) suo et eccl. suæ nomine, ac eumdem procuratorem, P. P. et Eccl. Rom. nomine, appropriando et perpetuo assignando quasdam domos sitas prope dictam eccl. Avenionen. (quæ olim fuerunt b. m. Arnaldi, s. Eustachii diac. card.) de pecunia Cameræ apost. emptas, in recompensationem palatii episc. Avenionen., in quo Joannes XXII morabatur dum viveret, et P. P. etiam adhuc moratur. In ipso enim palatio et in quibusdam aliis domibus et locis dicto palatio contiguis ab eodem Joanne XXII acquisitis non modicas de Camera sua idem Joannes P. P. expendidit pecuniæ quantitates, et præfatus successor ejus ædificia construi facit sumptuosa. (*A.* 49, f. 438; *V.* 131, n. 132; Daumet, 187.)

12 (II id.) *jun.* **3975.** — *Neapolitan. et Capuan. archiep.is,* mand. ut personaliter citent Andream de Galiano, ord. Min. in illis partibus residentem, coram P. P. super quibusdam dictis et tractatis per eum fidem tangentibus responsurum, et rescribant. (*A.* 49, f. 416 v°; *V.* 121, n. 20 *de cur.*)

20 jun. (XII kal. jul.) T. DCCLII. * **3976.** — *Ad perp. rei mem.* Statuta (cum nonnullis cardinalibus et Petro, Cluniacen., Joanne, Casædei, Girberto, Massilien., Raimundo, Psalmodien., Guillelmo, Montisolivi, et Gregorio, Issiodoren. abbatibus religionis Monachorum Nigrorum, decret. doctoribus, diligenti tractatu præhabito) per P. P. edita, ut eadem religio in divini cultus obsequio floreat, et disciplina regulari præemineat; quæ quidem statuta in diversis capitulis distincta sunt. In eis limitantur provinciæ in quibus provincialia capitula celebranda sunt in singulis mundi partibus, etc. (*A.* 50, a f. 23 ad 42; *V.* 122, a f. I ad 13; *Bull. Rom.* Cocquelines, Bened. XII, n. VI.)

26 jun. (VI kal. jul.) **3977.** — *Dino, patriarchæ Graden., et Petro, ep.o Theatin.,* mand. ut ad nob. Odonem, ducem Burgundiæ, et Joannem de Cabillone, de Allato, ac Henricum, de Montefalcone, dominos, personaliter se conferant, et eos ad pacem et concordiam efficacibus persuasionibus inducant; cum facultate dissolvendi omnes confœderationes, etc. (*A.* 50, f. 49; *V.* 122, f. 14 v°, n. 8 *de cur.*)

Ut s. **3978.** — Mandatum præcedenti omnino simile, exceptis tantum facultatibus in eo contentis. Sequitur securus conductus pro præfatis patriarcha et ep.o ad partes Burgundiæ modo præmisso destinatis; mandatur etiam universis ep.is, prælatis, personis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cist. et aliorum ord., nec non magistris et præceptoribus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, et b. M. Teutonicorum ad quos litteræ istæ pervenerint ut utrique ipsorum patriarchæ et ep.i in 10 flor. auri singulis diebus, nec non de evectionibus opportunis eundo, morando et redeundo liberaliter provideant. (*A.* 50, f. 49 v°; *V.* 122, f. 15, n. 9 *de cur.*)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.*

15 (id.) *jul.* **3979.** — *Bernardo de Piano, sacristæ Magalonen.,* mand. ut ex officio procedat in negotio inquisitionis ipsi commisso in eccl. Valentin. et Dien., non obstantibus exceptionibus oppositis, quæ processum differunt. (*A.* 49, f. 416 v°; *V.* 121, n. 8 *de cur.*; Daumet, n. 203.)

1 (kal.) *aug.* **3980.** — *Guillelmo Arnaldi de Querio, can. Conseranen., rectori Romandiolæ,* mand. ut priores artium et vexilliferos justitiæ, ac commune et populum Florentin. ex parte P. P. requirat ut eidem rectori assignare studeant nomine Rom. Eccl. liberam possessionem castri Meldulæ, Foropopulien. di., in eorum manibus in sequestro positum; quod quidem castrum per Sinibaldum de Ordelaffis et Claram, filiam quond. Scarpetæ de Ordelaffis, cives, et commune Forolivien. obsessum fuerat, detentum et vastatum. (*A.* 49, f. 417; *V.* 121, n. 9 *de cur.*)

Datum
Apud *Pontem Sorgiæ.*

1 (kal.) *aug.*

3981. — Hortatoria *præfatis prioribus, vexillifero, communi et populo Florentin.*, ut præfatum castrum, Rom. Eccl. per sententiam auctoritate apost. prolatam adjudicatum, antedicto rectori assignare et tradere studeant. (*A.* 49, f. 417 v°; *V.* 121, n. 10 *de cur.*)

Ut s.

* **3982.** — *Florentin. et Imolen. ep.is, ac Pontio Stephani, cantori Autissiodoren., Ap. Sed. nuntio,* mand. pro exsecutione prædictæ sententiæ, instante fisco Rom. Eccl. (*A.* 49, f. 417 v°; *V.* 121, n. 11 *de cur.*)

23 aug.
(x kal. sept.)

3983. — *Ep.o Cesenaten.*, mand. ut Hugolinum de Pontichio, pr. Bononien. di., quem capi fecit et carceri Bertrandi, Bononien. ep.i, cujus existit vicarius, detinet mancipatum (ex eo quod falsis litteris apost. fabricatis earum prætextu archipresb. collegiatæ s. Stephani dicti loci de Pontichio sibi conferri fecit et occupavit) cum eisdem litteris et processibus contra eum habitis ad P. P. sub fida custodia transmittere non postponat. (*A.* 49, f. 418 v°; *V.* 121, n. 12 *de cur.*)

22 sept.
(x kal. oct.)

3984. — *Ad fut. rei mem.* Quædam beneficia vacatura per adeptionem aliorum beneficiorum apost. auct. collatorum reservantur, etsi ante adeptionem dictorum beneficiorum ex causa permutationis vel simplicis renuntiationis vacaverint. (*A.* 50, f. 47 v°; *V.* 122, f. 14 v°, n. 7 *de cur.*; *Bull. Rom.* (Cocquelines), *Ben. XII,* n. x; Daumet, 222.)

Datum *Avenione.*

30 sept.
(II kal. oct.)

3985. — *Ad fut. rei mem.* Reservationes eccl. cathedralium, dignitatum, personatuum, et aliorum benef. de quibus per litteras vel regesta Joannis XXII in archiviis Sed. Apost. conservata constare noscitur per ejus obit. revocatæ nullatenus existunt. Cassantur omnes electiones, collationes, provisiones et permutationes post et contra reservationes easdem de facto præsumptæ. (*A.* 49, f. 422 v°; *V.* 121, n. 17 *de cur.*; cf. n. 4021.)

11 (v id.) *oct.*

3986. — *Officiali Auxitan.*, mand. ut peremptorie citet Guillelmum de Mespleda, mon. monast. s. Orientii Auxitan., Clun. ord., super quibusdam coram P. P. personaliter responsurum. (*A.* 49, f. 418 v°; *V.* 121, n. 13 *de cur.*; Daumet, 228.)

14 (II id.) *oct.*

3987. — *Mag. Stephano de Pinu,* abb. sæc. eccl. Dauraten., Lemovicen. di., auditori causarum Cur. Cameræ apost., mand. ut inquirat contra Bernardum de Corneliano, archid. de Silva in eccl. Gerunden., Arnaldum Guillelmi de Sentillis, can. Vicen., Eymericum de Sentillis, dominum de Bellopodio, et Pontium de Corneliano, domicellum, Vicen. et Gerunden. di., super nece quond. Petri Dela, cler. Vicen. di., ab ipsis prope eccl. monast. s. Catharinæ Avenionen. et in cœmeterio ejusd. eccl. crudeliter interempti, qui quidem culpabiles personaliter citati compareret non curant. (*A.* 49, f. 423; *V.* 121, n. 18 *de cur.*)

23 oct.
(x kal. nov.)

3988. — Declaratio circa benef. vacantium reservationem. Beneficia per assecutionem aliorum benef. auctoritate Apost. collatorum vacantia, ita Sed. Apost. reservantur ut nullus de illis, præter Rom. Pont., quoquomodo ante dictam assecutionem disponere possit. (*A.* 50, f. 52; *V.* 122, f. 16.)

Ut s.

3989. — *Joanni, abb. monast. Juncellen., Biterren. di.,* mand. ut ad monast. Fontisebraudi, ad Rom. Eccl. nullo med. pertin., Pictavien. di., et nonnullos alios prioratus atque loca ord. Fontisebraudi eidem monast. immed. subjecta, ejusd. et aliarum di., personaliter accedens, tam in capite quam in membris corrigat et reformet quæ correctionis et reformationis officio viderit indigere. Dissentiones enim et scandala ibidem sunt exorta, quæ non solum turbationum incommoda, sed etiam dissolutionum

Datum *Avenione.*

materiam personis in eisdem degentibus subministrant. (*A.* 50, f. 50 v°; *V.* 122, f. 15 v°; Daumet, 233.)

23 oct. (x kal. nov.)

3990. — *Nobiles Ludovicus de Gonzaga, et Guido Philippinus, ac Feltrinus,* ejus filii, capitanei civit. Mantuæ hortantur ut ab assistentia, favore et auxilio Thomasino de Foliano, præp. s. Quirini de Corrigia, Regin. di., in Regin. eccl. intruso impendendis desistentes, Rolando, electo Regin., per P. P. promoto assistant, et castra, turres, domus episcopales et fortalitia ejusd. eccl. quæ tenent eid. electo sine difficultate restituant. (*A.* 49, f. 422; *V.* 121, n. 15 *de cur.*)

Ut s.

3991. — *Archipr.is plebium de Thomo, et de Mutilena, ac de Prato, Regin. di.,* mand. ut citent personaliter dictum Thomasinum de Foliano, administratorem eccl. Regin. olim deputatum, de administratione sua P. P. rationem redditurum. (*A.* 49, f. 422; *V.* 121, n. 16 *de cur.*)

25 oct. (viii kal. nov.)

3992. — *Michaeli, ord. Min., inquisitori fidei in partibus Tusciæ,* mand. ut quanto citius P. P. destinare studeat processum habitum contra Fridianum, gerentem se pro abb. monast. s. Pauli de Ripa Arni Pisan., O. S. B., ad Sed. Ap. personaliter evocatum. (*A.* 50, f. 50; *V.* 122, n. 10 *de cur.*)

Ut s.

3993. — *Simoni, archiep.o Pisan.,* mand. ut se informet et rescribat super conditione et statu in quo monast. s. Pauli supra Ripam Arni Pisan. fuerat eo tempore quo Fridianus supradictus ad ejus regimen fuit promotus, nec non conditionibus et statu ad quos propter malum regimen ejusd. Fridiani ad præsens dicitur devenisse. (*A.* 50, f. 50 v°; *V.* 122, n. 12 *de cur.*; cf. n. 3796, 3828, 3889, 3940, 3992.)

31 oct. (ii kal. nov.)

3994. — *Joanni, abb. monast. Juncellen., Biterren. di.,* datur facultas recipiendi singulis diebus 60 tur. arg. a monast. Fontisebraudi, Pictavien. di., omnibusque prioratibus et locis ord. Fontisebraudi, pro expensis necessariis faciendis in negotio correctionis et reformationis eorum. (*A.* 50, f. 50 v°; *V.* 122, f. 15 v°.)

28 nov. (iv kal. dec.)

* **3995.** — *Ad perp. rei mem.* fiunt ordinationes in ord. Minorum observandæ; quæ quidem sub diversis capitibus fuse distinguntur. (*A.* 49, a f. 424 ad f. 437 v°; *V.* 121, n. 19 *de cur.*; Raynaldi, 1336, lxv; *Bull. Rom.* (Cocquelines), *Bened. XII*, n. xi.)

13 (id.) *dec.* T. XXXV.

3996. — *Raimundo, Psalmodien., Nemausen. di., et Arnaudo, s. Salvatoris Lodoven., O. S. B., monast. abbatibus,* mand. pro convocatione capit. provincialis dicti ord. in Narbonen., Tolosan. et Auxitan. provinciis, quæ pro una tantum provincia reputantur nunc et in posterum celebrandi. (*A.* 50, f. 42 v°; *V.* 122, f. 18; Daumet, 249; P. U. Berlière, *Chapitres généraux O. S. B.*, dans *Mélanges d'hist. bénéd.*, iv, p. 141.)

16 dec. (xvii kal. jan.)

* **3997.** — *Ad fut. rei mem.* Insertio litterarum Baldewini, archiep.i Treveren., per nuncios speciales P. P. missarum, in quibus eisdem nuntiis dat plenum mand. et liberam potestatem exponendi causas et motiva quare ad gubernationem seu protectionem eccl. Maguntin., per obit. Mathiæ archiep.i apud Sed. Ap. prævia speciali reservat. vac. inductus fuerit, et plenius explicandi ac supplicandi super conservatione status et honoris ejusd. archiep.i Treveren., nec non ipsius eccl. Maguntin. castra, fortalitia, villas, oppida, jurisdictiones et jura in manus Sanctitatis Suæ ponendi. (*A.* 50, f. 52 v°; *V.* 122, n. 16 *de cur.*; Raynaldi, 1336, lix; Riezler, 1851; cf. supra, n. 3934 et seqq., 3957, 4997.)

18 dec. (xv kal. jan.)

3998. — *Archiep.o Aquen. ejusque suffraganeis* mand. ut decimam pro passagio generali Terræ Sanctæ per Joannem XXII (vii kal. augusti an. xvii°) impositam, illis a quibus jam exacta fuit integre restituant; prædictum enim passagium propter impedimenta aliqua est pro nunc impeditum. (*A.* 50, f. 53; *V.* 122, f. 16 v°; Daumet, 252, 251.)

Ut s.

3999. — Sequuntur similia mandata directa Bracharen., Toletan., Arelaten.,

Datum *Avenione.*

Cæsaraugustan., Terraconen., Nidrosien., Viennen., Gneznen., Calaritan., Cantuarien., Eboracen., Regin., Mediolanen., Salernitan., Upsalen. archiep.is, et patriarchæ Aquilejen. eorumque suffraganeis; nec non Majoricen., Elnen., Senen., Florentin., Verulan., Vulterran., Nucerin., Castellan., Urbevetan., Balneoregen., Perusin., Clusin., Clusien., Spoletan., Eugubin., Lunen., Assisinaten., Viterbien., Vigintimilien., Pensaurien. et Maceraten ep.is. (*A.* 50, f. 53-57; *V.* 122, f. 17; Daumet, 251, 252.)

18 dec. (xv kal. jan.)

4000. — *Ad perp. rei mem.* Moderantur et taxantur procurationes debitæ prælatis visitantibus tam in Franciæ, Navarræ et Majoricarum regnis, ac terris, provinciis et partibus adjacentibus et vicinis, nec non in Delphinatu, in Burgundiæ, Sabaudiæ, Provinciæ et Forcalkerii comitatibus, quam in Alamanniæ, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norwegiæ, Datiæ, Scotiæ, Svetiæ, Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Portugalliæ, Sardiniæ et Corsicæ regnis, ac in Apuliæ, Calabriæ, Terræ Laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ et aliis Italiæ partibus, prout etiam in Sclavoniæ, Achaiæ, Cypri, et cæteris regnis, insulis ac aliis provinciis et partibus omnibus ultramarinis et etiam transmarinis, sub diversis pœnis ipso facto incurrendis. Nonnulli enim dictorum prælatorum sic se reddiderunt in dictis procurationibus exigendis onerosos ut oppressi subditi onera nequeunt supportare, et victum longi temporis brevis hora consumat. (*A.* 49, f. 419; *V.* 121, n. 14 *de cur.*; *Extrav. Com.* lib. III, *de censibus*, etc. Labbe-Mansi, *Concil.*)

5 (non.) *jan. 1337.*

4001. — *Aicardo, archiep.o Mediolanen., et Joanni ep.o Novarien.*, mand. ut Sixtum de Ponzonibus de Ulcabio, laicum Terdonen. di., pro rectore hospitalis pauperum de Viqueria per laicos gub. consueti, ejusd. di., se gerentem, etiam extra eorum civitates et di. ubicumque fuerit comprehendi faciant, ex eo quod litteris per falsitatis vitium fabricatis in civit. Mediolanen. et Terdonen. abuti non expavit et hospitale prædictum violenter occupavit. (*A.* 50, f. 48; *V.* 122, n. 14 *de cur.*)

APPENDICES AD SECUNDUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea quæ in capsula anni 1336 in Archivio Vaticano asservantur.

5 feb. 1334. ad an. 1336.

4002. — Summa decimæ et denarii b. Petri collectorum in Polonia a Petro de Alvernia, collectore et nuntio apost. (Perg. obl.)

1336.

4003. — Acta de mandato P. P. pro emptione frumenti in regno Siciliæ citra Pharum illiusque asportatione in Armenia in subsidium christianorum. Hic inseruntur litteræ Bened. XII (III non. apr., an. II) et Gasberti, Arelaten. archiep.i, Camerarii apost. (XIX° die apr.) circa hoc negotium. Summa 10,000 flor. auri, a societate Bardorum habenda, emptioni predictæ deputatur. (Fol. perg. grande.)

1336.

4004. — Fragmentum processus facti per Petrum de s. Martiali, priorem majorem Cluniacen., commissarium apost., super summis pecuniarum receptis a Joanne Bernerii, collectore apost. in Francia. (Rotul. perg.)

1 feb.

4005. — Aymarus, ep.us Vivarien. constituit quosdam procuratores ad solvendum commune servitium. (Perg.)

20 feb. (X kal. mart.)

4006. — Processus factus per Joannem, archid., et Nicolaum, decanum eccl. Oppolien., Wratislavien. di., vice et loco Galhardi de Carceribus nuntii in Polonia, ad instantiam Bolconis, ducis Sleziæ, contra Petrum de Alvernia, collectorem Apost., qui dicebatur injuste excommunicasse dictum ducem et supposuisse ejus dominium ecclesiastico interdicto, ac pro absolutione concedenda extorsisse CL marchas. Hic habetur tenor petitionis et intentionum sive articulorum dicti ducis per Tylonem, ipsius procuratorem, exhibitorum, necnon attestationum trium testium. Dat. in domo decani predicti Oppolien. (Rotul. perg.; Theiner, *Mon. Polon.*, I, n. 501.)

Datum *Ulmæ.* *5 mart.*

4007. — Mandatum procuratoribus Ludovici Bavari ad tractandum negotium suæ reconciliationis cum Bened. XII. (Perg. grand.; Raynaldi, 1336, XVII.)

30 mart.

4008. — Deputantur quidam administratores eccl. s. Cornelii Beneventani pro Joanne Regis, scriptore Pœnitentiariæ P. P., ipsisque confertur facultas faciendi proficiendique lites. (Perg.)

27 apr.; 7, 13 maii.

4009. — Fragmentum causæ vertentis coram Gaucelino, ep.o Albanen., inter XXVIII moniales monast. s. M. Xantonen. ex una parte, et Yvam Vigeriæ, asserentem se electam abbatissam dicti monast. ex altera. (Fol. perg. obb., cf. n. 5067.)

29 apr. (III kal. maii.)

4010. — Berengarius Cotarelli domicellus, dominus Bastidæ de Camonte, qui cæperat quædam animalia ad præceptorem de Peyreriis pertinentia in pascuis dictæ Bastidæ immissa, ad regem Franciæ appellat a sententia contra ipsum lata per Guillelmum de Corniliano, dom. de Probilergiis, castellanum de Linsinhano. (Perg. parv. obl.)

Datum *Avenione.* *30 apr.* (II kal. maii.)

4011. — Benedicti XII bulla origin. provisionis canonicatus Apten., vacantis per dimissionem Raimundi de Bretenos, vicarii eccl. Deauratæ Tolosan., factæ mag. Riccardo de Bossauvilla, rectori paroch. eccl. de Blacheria, Vivarien. di., P. P. scriptori et famil. (Grand. perg.)

25 maii-14 jun.

4012. — Acta coram Geraldo de Valle, nuntio et collectore Apost. in regno Siciliæ per procuratores Laudi, Belli, Thomasii et aliorum filiorum quond. Joannis de Puteo, de Rocca Guillelmi, nepotum b. m. Joannis de Rocca, ep.i Theatini, circa donationem quam idem ep.us fecerat Eccl. Rom. de summa 30,000 flor. auri et 300 march. argenti laborati. (Perg. grand.; cf. n. 4015.)

11 (III id.) *jun.*

4013. — Appellatio ad Sum. Pont. interposita a fr. Guillelmo de Steguel, sacrista majori monast. s. M. de Rivopullo, O. S. B., Vicen. di., contra præceptum Pontii Textoris, nuntii et collectoris Apost., circa fructus dictæ sacristiæ tempore quo vacavit. (Perg. grand.; cf. n. 5235, 5248, 5271.)

15 jun.

4014. — Venditio cujusdam hospitii Petri et Isnardi Guigonis fratrum in civit. Avenion., de directo dominio dominorum de Sperandeis existentis. (Perg. grand.)

14 jul.

4015. — Relatio Francisci, ep.i Gaietan., super impedimento præstito a Laudo, Bello et aliis de Rocca Guillelmi, nepotibus quond. Joannis, ep.i Theatini, quominus ipse reciperet bona dicti ep.i juxta mandatum Geraldi de Valle, nuntii in regno Siciliæ, pro donatione ab ipso ep.o facta Eccl. Rom.; cum tenore dicti mandati, necnon bullæ Bened. XII eadem de re. (Perg. grand.; cf. n. 4012.)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.* *10 aug.* (IV id. aug.)

4016. — Bulla origin. Bened. XII ad mag. Rogerium de Vintrono, archid. de Conchis in eccl. Ruthenen., Campaniæ Maritimæque ac civit. Beneventan. rectorem, de thesauro invento prope civit. prædictam, in contrata quæ dicitur Ponticelli, juxta hospitale s. Angeli, a Petro Riccardi, alias de Orto, rectore eccl. de Miramonte, Agennen. di., civit. Beneventan. pro Rom. Eccl. thesaur. (Perg.)

12 (II id.) *aug.*

4017. — Appellatio interposita procuratorio modo a Jacobo de Celma, rectore eccl. de Vallibus, Terraconen. di., contra Pontium Textorem, collectorem et nuntium apost. impedientem perceptionem fructuum dictæ eccl. (Perg. grand.)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.* *16 aug.* (XVII kal. sept.)

4018. — Bened. XII bulla origin. qua Hugoni Rocas, rectori eccl. de Noalhaco, Ruthenen. di., thesaur. Beneventan., confirmat commissiones et facultates super quibusdam causis et negotiis spectantibus ad Cameram apost. olim concessas Petro Riccardi, rectori eccl. de Miramonte, Agennen. di., ejus prædecessori. (Perg.)

27 aug.

4019. — Informatio de statu spirituali et temporali camerariæ eccl. Terraconen., O. S. A., tempore quo illius administrationem recepit b. m. Guillelmus, ep.us Sabinen. et post illius obitum; cum tenore bullæ Benedicti XII (II id. jul., an. II°) ad Pontium Textoris, Apost. Sed. nuntium directæ circa hanc informationem faciendam. (Perg. grand.)

Datum Apud *Pontem Sorgiæ.* *3* (III non.) *sept.*

4020. — Bened. XII epistola origin. ad Bertrandum, Aquilejen. patriarcham, ut bona eccl. suæ defendat, et faveat duci ac communi Venetorum, qui fœdus cum Florentinis inierunt adversus quosdam tyrannos terras et jura quædam Rom. Eccl., præsertim in Marchia Tervisina occupata detinentes et prædictis Venetis ac Florentinis damna inferre meditantes. (Perg.)

Datum *Avenione.* *30 sept.* (II kal. oct.)

4021. — Bened. XII bulla origin. qua cassantur omnes provisiones ecclesiarum, monast. aliorumque benef. factæ non obstantibus reservationibus Joannis XXII. (Perg.; cf. n. 3985.)

4 oct.

4022. — Summa denarii b. Petri et census collecti in Polonia a Galhardo de Carceribus, nuntio et collectore apost. (Perg. obl.)

Datum *Avenione.* *24 oct.* (IX kal. nov.)

4023. — Bened. XII litt. ad ep.os Constantien., Basilien., Tridentin., Curien., ac Augusten., ut impediant quominus per eorum diœceses transeant milites quos ad sua stipendia contra Rom. Eccl. conduxerant Barnabos et Galeatius de Vicecomitibus, fratres, milites Mediolanenses. (Fol. chart.)

Datum Apud *Nuremberg.* *28 oct.*

4024. — Ludovicus Bavarus constituit procuratores comitem Juliacen. et Henricum de Bavaria, patruum suum, pro reconciliatione sua tractanda cum Benedicto XII; necnon ad promittendum et faciendum ipsi Pontifici et Eccl. Rom. omnia quæ electi in reges Romanorum et imperatores hactenus promiserunt et fecerunt, et specialiter prout Henricus imperator Clementi V promiserat et fecerat. (Grandiss. perg. origin.; Raynaldi, 1336, n. XXXI; cf. n. 4025, 4037.)

Ut s.

4025. — Ludovici Bavari epistola ad Benedictum XII qua nuntios mittit, videlicet Wilhelmum, comitem Juliacensem, marchionem nominatum, regis affinem, Robertum, com. Palatinum Reni, et ducem Bavariæ, regis patruum; et reconciliationem petit. (Fol. perg. cum sigil magno; cf. 4024, 4037.)

30 oct.

4026. — Ludovicus de Petragrossa, procurator fiscalis P. P. et Rom. Eccl. subdelegat alios procuratores loco sui ipsius. (Perg. parv.)

Nov.

4027. — Quittatio a Petro de Alvernia, collectore et nuntio Apost. in regno Poloniæ facta de quibusdam pecuniarum summis ab ep.o Wratislavien. receptis; videlicet CCCXIV marchis cum dimidia pecuniæ decimalis trium annorum; CIII marchis denarii b. Petri pro quinque annis; et CXXV marchis pecuniæ decimalis mensæ dicti ep.i pro sex annis. Datum Cracoviæ, IIIº kal. jun. an. 1333. Præsentatum Gailhardo de Carceribus, nuntio in Polonia, anno 1336, mense nov. (Perg.; Theiner, *Mon. Polon.*, I, n. 512.)

Datum *Monaci.* *3 nov.*

4028. — Originales litt. Ludovici Bavari quibus Marquardum de Bandegg, præp. eccl. Babbenbergen., juris can. prof., fratrem Heinricum de Cypplingen, commend. domorum Ulmæ et Werdee, di. Constantien. et Augusten., ord. Teuton., et mag. Ulricum de Augusta, protonotarium suum, ad Benedictum XII mittit pro negotio reconciliationis suæ cum Eccl. Rom. (Fol. perg.; Riezler, 1843.)

13 dec.

4029. — Confessio Bernardi de Podio, Apost. Cameræ nuntio, de exhibitione litterarum Camerarii P. P. super suo salvo conductu et alimentis præstandis facta Guillelmo, archiep.o Auxitan. (Quatern. chart. 6 fol.)

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni 1336, prout in inventario Garampiano jacent [1].

1336.

4030. — Solutio stipendiorum pro militibus et equitibus ducatus Spoletani deputatis ad custodiam Plebis s. Fortunati de Monteflascone. (*A. A. Instr.*)

Datum *Valentiæ.* *7* (VII id.) *jan. 1336.*

[v] **4031.** — Litteræ Petri, Aragonum regis, quibus Berengarium de Villariacuto, Arnaldum de Moraria, consiliarios suos et Albertum de Talliata, militem, deputat ad præstandum homagium Benedicto XII pro Corsica et Sardinia. (*Arm.* II, *caps.* IV, n. 26. — Orig. cum bulla cer. rub.)

Datum *Valentiæ.* *13* (id.) *jan.*

[v] **4032.** — Litteræ Petri, Aragonum regis, sine sigillo in qua procuratores suos deputat ad præstandum fidelitatis juramentum Bened. XII pro Corsica et Sardinia juxta investituram a Bonifacio VIII ejus avo concessam. Inseritur tenor bullæ Bonifacianæ (prid. non. april., an. III°.) (*Arm.* II, *caps.* IV, n. 21. — Orig.)

29 jan.

4033. — Bened. XII bulla declarationis et definitionis quæstionis de Visione animarum sanctarum. (*Arm.* XI, *caps.* X, n. 14.)

30 jan.

4034. — Instrum. chartaceum venditionis quarumdam domorum b. m. Arnaldi, s. Eustachii diac. card., in civitate Avenionen. factæ Cameræ Apost. ab exsecutoribus testamenti dicti cardinalis. (*Arm.* XV, *caps.* XI, n. 7, p. 62 v°.)

26 mart.

4035. — Instrum. chartaceum quo fides fit a certis notariis in quibusdam libris cameralibus... esse expensas quasdam factas a Camera Apost. pro emptione castri de Montiliis et emendis redditibus quibusdam assignandis monasterio de Clusa, Taurinen. di., loco prioratus cujusd. Tolosanæ di. ad dictum monast. pertinentis, quem P. P. unire desiderat ecclesiis de Vinhandraldo et de Useste. (*Arm.* XV, *caps.* XI, n. 7, p. 70.)

25 maii.

4036. — Galhardi de Carceribus, nuntii Apost. Poloniæ, epistola ad Bened. XII ut assignet civibus Cracovien. mercatores quibus solvant pecuniam ab eis debitam Cameræ Apost. (*A. A. Instr.*)

Datum Apud *Nuremberg.* *28 oct.*

4037. — Instrum. publicum pergam. Ludovici de Bavaria, qui pro imperatore se gerit Ecclesia non approbante, in quo duos procuratores constituit ad veniam impetrandam a Bened. XII. (*Arm.* I, *caps.* 9, n. 3. — Orig.; cf. n. 4024, 4025.)

2 dec.

[v] **4038.** — Nicolai, Castellani ep.i, epistola ad Bened. XII de traditione pallii ab ipso facta fratri Andreæ, Graden. patriarchæ, ac juramento fidelitatis præstito Rom. Eccl. ab ipso patriarcha. (*Arm.* XI, *caps.* III, n. 1. — Orig. membr. cum sigillo pendente.)

1. Vide supra, pag. 217, not. 1.

III

Documenta varia quæ in regestis Avenionensibus XLIX et L, seu Benedicti XII anni secundi pervagantur.

An. 1343. **4039.** — Decem bullas, tam communes quam de curia, quas ex regesto chartaceo anni secundi Clementis P. P. VI casualiter distractas incautus compactor in tomo L posuit ibi invenies a folio 393 ad fol. 399, excepto fol. 395. (Cf. Déprez, *Clément VI (1342-1352), Lettres closes, patentes et curiales*, etc., n. 513, 551, 591.)

An. 1343. **4040.** — Septuaginta novem litteræ variarum formarum, datæ tam Avenione quam apud Villamnovam, Avenionensis di., mensibus præsertim augusti, septembris, octobris, novembris et decembris anni secundi ejusdem Clementis P. P. VI, in prædicto regesto L triginta folia (a f. 410 ad f. 439) usurpant. Tres ex ipsis habes apud Déprez, *Clément VI*, n. 388, 433, 434.

An. 1336. **4041.** — « Testament de l'Em^me^ seigneur Luc de Fiesqui, card. diacre soubs le titre de sainte Marie in Via lata, avec un inventaire de tous les biens meubles et effects, fait en l'année 1336, et le dernier jour du mois de janvier du Pontificat de notre s. Père le Pape Benoît XII, l'an deuxième. » (*A.* 49, f. 439. Main du XVIIIe siècle.)

Avenione. 4 aug. 1336. **4042.** — Neapoleo, s. Adriani, Petrus, s. Praxedis, et Jacobus, s. Georgii ad V. A. diac. cardinales, Manuelis de Flisco, notarius, frater Petrus de Bononia, ord. Carm., pœnitentiarius P. P., et Antonius de Flisco, nepos et hæres, exsecutores testamenti Lucæ, s. M. in Via lata diac. card., præcipiunt Antonio de Bugella, can. Leodien., ut faceret vendi res et bona ipsius quondam card. Quæ bona fuerunt vendita in parte et in parte reservata pro quadam ecclesia ædificanda secundum voluntatem dicti testatoris, et in parte restituta ecclesiæ de Trigaudio, Januen. di. (*A.* 49, f. 439 v°.)

* **4900.** — Facultas *eidem archiep.o Senonen.* conceditur conferendi personis idoneis plura benef. ad ejus collat. spect., et per dimissionem Petri de Forgis, Petri Riginaldi, Joannis Nachat et Galteri de Palaino apud Sed. Apost. in brevi vacat. (*A.* 51, f. 110; *V.* 124, n. 172.)

30 apr. (II kal. maii.) T. X.

4901. — Testimoniales consecrat. propriis manibus per P. P. impensæ *Theobaldo, electo Panormitan.* (*A.* 51, f. 142 v°; *V.* 124, n. 229.)

2 (VI non.) *maii.* T. XII.

4902. — Assignatio pallei facta prædicto *archiep.o Panormitan.* (*A.* 51, f. 152 v°; *V.* 124, n. 245.)

Datum *Avenione.*

6 maii. **4903.** — *Francisco, ep.o Ostunen.*, datur licentia de curia recedendi. (*V.* 123, n. 338.)

11 (v id.) *maii.* T. XX. **4904.** — *Galthero de Sulliaco*, militi Melden. di., datur licentia sepulchrum Dominicum visitandi. (*A.* 81, f. 191 v°; *V.* 123, n. 297.)

12 (iv id.) *maii.* T. XX. **4905.** — *Arnaldo, archiep.o Beneventan.*, datur licentia transferendi corpus b. Bartholomæi (*in rub. R. A. 51, f. 8* v° *et in R. V. legitur* Mathæi) apostoli, quod olim ad eccl. Benevent. extitisse dicitur miraculose translatum et reliquias aliorum sanctorum de uno loco indecenti et minus idoneo, ad capellam magis decentem et devotam. Conceditur indulgentia unius anni et xl dier. visitantibus dictam capellam in die festi apostoli. (*A.* 81, f. 192 v°; *V.* 123, n. 400; *Acta S. S.* Aug., t. v, pp. 65-66.)

Ut s. — T. XIV **4906.** — Confirmatio translationis *Beatricis de Hungaria*, monialis monast. de Saletis, Cart. ord., Lugdunen. di., Joannis Delphini Viennen. viduæ, olim per Joannem XXII factæ de monast. Vallis Briciaci, Cist. ord., Viennen. di., ad removendum dubium et inquietudinis scrupulum in ejus conscientia exortum; timebat enim ne constitutio circa apostatas per P. P. edita, eam ad Cist. ord. redire constringeret. (*A.* 51, f. 112; *V.* 124, n. 176.) Cf. n. 4915, 6186.

14 (ii id.) *maii.* T. XL. **4907.** — *Sanciæ, reginæ Siciliæ*, conceditur facultas construendi monast. monialium O. S. Claræ in civit. Aquen. vel ejus territorio, ac eligendi et ponendi in eo decentem monialium numerum. (*A.* 51, f. 126 v°; *V.* 124, n. 200.) Eubel, *Bull.*, VI, n. 63.

Ut s. — T. X. **4908.** — Testimoniales consecrat. impensæ *Rogerio, electo Baren.* (*A.* 51, f. 161 v°; *V.* 124, n. 263.)

Ut s. — T. XVI. **4909.** *Jacobo de Apiano*, domicello S. Papuli di., indulgetur ut possit sepulchrum Dominicum visitare. (*A.* 81, f. 192; *V.* 123, n. 299.)

15 (id.) *maii.* T. XII. **4910.** — Assignatio pallei facta *Rogerio, archiep.o Baren.*, cum præstatione juramenti fidelitatis. (*A.* 51, f. 194 v°; *V.* 124, n. 317.)

17 maii. (xvi kal. jun.) T. X; Gr. **4911.** — Reservatio (a Joanne XXII facta) ruralis eccl. s. Petri de Vaqueriis, Nemausen di., per obit. Bertrandi de Rupecineria vacat., perinde valere debet ac si litt. desuper factæ et bullatæ fuissent. (*A.* 51, f. 113 v°; *V.* 124, n. 180.)

Ut s. — T. XVI. **4912.** — *Humbertus Pilati, de Buxeria*, can. Nivernen., retinere potest paroch. eccl. de s. Petri Villa, Nivernen. di., quam post assecutionem canon. et præb. eccl. Nivernen. ipsi per P. P. reservatorum dim. tenebatur. (*A.* 51, f. 112; *V.* 124, n. 175.)

22 maii. (xi kal. jun.) T. XVI. **4913.** — Iterata prorogatio temporis recipiendi munus consecrat. pro *Beltramino, electo Theatin.*, a xv^a^ die post festum Pentecostes ad festum b. Michaelis prox. futurum. (*A.* 51, f. 105 v°; *V.* 124, n. 164; 132, n. 122; cf. n. 4863, 4943, 4971.)

27 maii. (vi kal. jun.) Gr. pro socio. **4914.** — Annotatio indulti de percipiendis fructibus per Joannem XXII (vi kal. dec. an. x) concessi *mag. Henrico de Camaiore*, Lucan. can., P. P. script. (*A.* 51, f. 111; *V.* 124, n. 173.)

29 maii. (iv kal. jun.) T. X. **4915.** — *Beatrici de Hungaria*, moniali monast. Saletarum, Cart. ord., Lugdunen. di., indulgetur ut confessor quem elegerit possit eam absolvere ab omnibus peccatis, etiam Sedi Apost. reservatis. (*A.* 51, f. 113; *V.* 124, n. 178.)

Ut s. — T. XVI. **4916.** — *Humberto, dalphino Viennen.*, indulgetur ut quotiescumque in sua præsentia, in Natalis Domini, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Parasceves, quatuor B. M. Virg., s. Michaelis et Omnium Sanctorum festivitatibus, per prædicationis ministerium solemniter proponi contigerit verbum Dei, proponens hujusmodi possit præsentibus lx dier. indulg. concedere. (*A.* 51, f. 112; *V.* 122, n. 174.)

30 maii. (iii kal. jun.) T. X. **4917.** — *Raimundo, ep.o Morinen.*, conceditur ad biennium facultas reconciliandi per alium eccl. et cœmeteria violata suarum civit. et di. (*A.* 51, f. 118; *V.* 124, n. 186.)

Datum *Avenione.*

31 maii. (II kal. jun.) T. X.

4918. — *Raimundo, abb. monast. de Pinna,* Oscen. di., conceditur facultas distribuendi inter monast. Fontis Ebraudi, Pictavien. di., omnesque priorat. et loca Fontis Ebraudi, pro quorum reformatione per P. P. destinatus fuit, summam 60 tur.arg. ipsi singulis diebus ab eodem P. P. assignatam. (*A.* 51, f. 112 v°; *V.* 124, n. 177.)

2 (IV non.) *jun.* T. XXIV.

4919. — Suppletur defectus licentiæ *Blasio, ord. Min., ep.o Vicentin.,* præstandæ a ministro provinciali dicti ord., cui forsitan jus dandi eam minime competebat, ad consentiendum electioni dudum factæ de ipso ad eccl. Vicentin. (*A.* 81, f. 144; *V.* 123, n. 266.)

12 (II id.) *jun.* T. VIII.

4920. — *Colomanno, electo Jaurien.,* datur facultas recipiendi presbyteratus ord. a quocumque maluerit antistite. (*A.* 51, f. 161 v°; *V.* 124, n. 30; Theiner, *Mon. Hung.* I, n. 926.)

Ut s. — T. XVI.

4921. — Facultas *eidem* datur recipiendi munus consecrat. a quocumque maluerit antistite. (*A.* 51, f. 159 v°; *V.* 124, n. 259; Theiner, *Mon. Hung.* I, n. 926.)

Ut s. — T. XX.

4922. — Decernuntur valere illa quæ ad exercitium episcopalis dignitatis spectantia, *Pictavinus, ep.us Magalonen.,* ab eccl. Vasaten. translatus, ante præstitum juramentum fidelitatis exercuit. (*A.* 81, f. 142 v°; *V.* 123, n. 260.)

13 (id.) *jun.* T. XVI.

4923. — *Nicolao, electo Catanien.,* prorogatur tempus recipiendi munus consecrat. et conceditur ut non teneatur ulteriores ord. recipere. (*A.* 81, f. 144; *V.* 123, n. 267.)

14 jun. (XVIII kal. jul.) Gr. pro card.

* **4924.** — *Petro, ep.o Prænestin.,* conceditur facultas reparandi paroch. eccl. s. Martini castri de Montepensato, Caturcen. di., ad ep.i Caturcen. collat. pertin., in qua ipse fuit sacri baptismatis unda renatus, et ordinandi in ea sex capellanos, ac collegium perpet. et duos cler. qui non sint de dicto collegio; uniendi quoque præfatam eccl. collegio supradicto et plura alia faciendi; reservatis ipsi et hæredibus ejus jure patronatus in dicta eccl., et præsentationis dictorum prioris et capellanorum privilegio. (*A.* 51, f. 144; *V.* 124, n. 232.)

16 jun. (XVI kal. jul.)

4925. — *Guillelmo, abb. monast. Nonantulan.,* Mutinen. di., datur licentia de curia recedendi. (V. 123, n. 363.)

Ut s. — T. X.

4926. — *Lambertino, ep.o Nimocien.,* datur eadem licentia. (*A.* 81, f. 193 v°; *V.* 123, n. 303.)

Ut s. — T. X.

4927. — *Paulo, abb. monast. s. Angeli Vultuen.,* ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Rapollan. di., datur eadem licentia. (*A.* 81, f. 143; *V.* 123, n. 261.)

Ut s.

4928. — *Rogerio, abb. monast. s. Gabrielis de Ayrola, O. S. B., Sanctæ Agathæ di.,* datur eadem licentia. (*V.* 123, n. 356.)

22 jun. (X kal. jul.) T. X.

4929. — *Arnaldo, abb. monast. de Reula,* O. S. B., Tarvien. di., mand. ut ad monast. suum cum gratia apost. benedictionis accedat. (*A.* 81, f. 194; *V.* 123, n. 304.)

Ut s. — T. XVI.

4930. — *Eidem* datur licentia recipiendi munus benedictionis a quocumque catholico antistite. (*A.* 81, f. 194; *V.* 123, n. 305.)

30 jun. (II kal. jul.) T. X.

4931. — *Fulcaudo, archiep.o Bituricen.,* conceditur ut ecclesias et cœmeteria violata possit per alium reconciliare. (*A.* 81, f. 142 v°; *V.* 123, n. 259.)

Ut s. — T. XX.

4932. — Decernuntur valere omnia quæ episcopalem dign. spectantia *Raimundus, Claromonten. ep.us,* a Conseranen. eccl. translatus, ministravit, antequam præstitisset fidelitatis juramentum. (*A.* 81, f. 194 v°; *V.* 123, n. 307.)

4 (IV non.) *jul.* T. XVI.

4933. — *Ep.o Imolen.,* mand. ut a Joanne ep.o Faventin. nomine R. E. fidelitatis recipiat juramentum. (*A.* 81, f. 143; *V.* 123, n. 262.)

23 jul. (X kal. aug.) T. X.

4934. — Facultas habendi altare portatile pro *Rogerio de s. Severino,* comite Mileti. (*A.* 51, f. 158 v°; *V.* 124, n. 256.)

Datum *Avenione.*

23 jul. (x kal. aug.) T. XLII.

4935. — *Eidem comiti* indulg. ut ipse cum XVI sociis per ipsum eligendis sepulchrum Dominicum visitare valeat juxta votum quod emisit. (*A.* 51, f. 158 v°; *V.* 124, n. 257.)

25 jul. (VIII kal. aug.) T. LII.

4936. — *Pastori de Sarescuderio*, ord. Min., theol. prof., facultas datur concedendi XX sororibus monasteriorum Provinciae, ord. s. Clarae, licentiam se transferendi ad monast. de Corpore Christi Neapolitan., dicti ord., per Sanciam reginam Siciliæ fundatum. (*A.* 51, f. 146 v°; *V.* 124, n. 233.) Eubel, *Bull.*, VI, n. 72.

Ut s. — T. XXIV.

4937. — Permutatio voti per *nob. Hilariam de Lauria*, viduam Henrici de s. Severino, militis Salernitan. di., emissi, s. Jacobi Compostellani limina visitandi ; ita ut capellam in castro suo s. Georgii, dictæ di., fundare teneatur, et in constructione dictæ capellæ 250 flor. auri expendat, eique in terris seu aliis bonis perpet. dotem annui redditus 25 flor. auri assignet, ac illud quod oblatum fuisset eccl. s. Jacobi per alium mittat et offerat. (*A.* 51, f. 152; *V.* 124, n. 242.)

27 jul. (VI kal. aug.) ; Gr.

4938. — *Petro, s. Clementis pr. card.*, conceditur usque ad sex annos ut possit eccl. et loca ecclesiast., in archidiac. suo Engolismen. consistentia, per personas idoneas visitare, et procurationem 30 tur. arg. qualibet die percipere. — In e. m. præp. Avenion., et Rainaldo de Magniaco, Claromonten., ac Andreæ de Verulis, Verulan. canonicis. (*A.* 81, f. 145; *V.* 123, n. 270.)

Ut s. — T. XX.

4939. — Confirmatio acceptationis canon. et præb., ac thesaurariæ eccl. Laudun. (per obit. Guillelmi de s. Maura apud Sed. Ap. prævia reservat. vacantium) vigore gratiæ exsp. a *mag. Petro Burgundionis, de Romanis*, L. D., P. P. cap., can. et thesaur. Bisuntin., factæ, ac provisionis et collat. ei postea factarum. (*A.* 51, f. 176 v°; *V.* 124, n. 287.)

31 jul. (II kal. aug.) T. XXVI.

4940. — *Joanni, ep.o Anagnin.*, conceditur facultas conferendi hac vice nonnulla benef. in suis civit. et di. apud Sed. Apost. a longo tempore vac. singulis personis non beneficiatis ipsi benevisis, dummodo quodlibet ipsorum beneficiorum 20 flor. auri annui redd. non excedat. (*A.* 51, f. 184; *V.* 124, n. 298.)

17 aug. (XVI kal. sept.) T. X.

4941. — *Bosoni Bovis*, domicello Caturcen. di., indulgetur ut cum duobus suis sociis Sepulchrum Dominicum et alia oratoria Terræ Sanctæ visitare valeat. (*A.* 51, f. 175 v°; *V.* 124, n. 285.)

Ut s. Gr. pro nep. card.

4942. — *Arnaldo Bernardi de Pireto*, can. Turonen., lic. in leg., Bertrandi ep.i Ostien. nep., indulgetur ut residentia sex mensium ab ipso in eccl. Turonen. facta ipsi perinde valeat, ac si debito tempore et servatis statutis facta fuisset. — I. e. m. s. Saturnini Tolosæ, et Majoris monasterii Turonen. abbatibus, ac priori s. Martini in Campis Parisien. (*A.* 51, f. 197; *V.* 124, n. 323.)

18 aug. (XV kal. sept.) T. XVI.

4943. — Secunda facultas *Beltramino, electo Theatin.*, concessa retinendi benef. sua una cum episcopatu Theatin.; cum prorogatione temporis consecrat. a festo b. Michaelis usque ad prox. festum Nativitatis Dom. (*A.* 51, f. 187 v°; *V.* 124, n. 304; 132, n. 237; cf. n. 4863, 4913, 4971.)

23 aug. (X kal. sept.) T. L.

4944. — *Joanni, ep.o Anagnin.*, P.P. in Urbe vicario, committitur visitatio ecclesiarum Urbis. (*A.* ,81 f. 146; *V.* 123, n. 272.)

Ut s. — T. XII.

4945. — *Eidem* committitur correctionis et punitionis officium in ecclesiis et monasteriis Urbis et districtus ejusdem. (*A.* 81, f. 195; *V.* 123, n. 309.)

3 (III non.) *sept.* T. XII.

4946. — Indulg. XL dier. visitantibus eccl. monast. monialium b. M. de Ricorboly, O. S. B. Florentin. di., per nob. Radulphum de Bardis, mil. Florentin., noviter fundati, in quatuor præcipuis festivitatibus B. M. Virg. (*A.* 51, f. 259 v°; *V.* 124, n. 429.)

Datum *Avenione.*

5 (III non.) *sept.* T. XVI. — **4947.** — *Neapoleoni, s. Adriani diac. card.*, exsecutori testamenti Guillelmi, ep.i Sabinen., conceditur facultas procedendi super complenda exsecutione dicti testamenti, absentibus aliis exsecutoribus in remotis agentibus. (*A.* 51, f. 196; *V.* 124, n. 321.)

9 (IV id.) *sept.* T. X. — **4948.** — *Henrico, comiti Barren.*, indulgetur ut possit habere altare portatile. (*A.* 51, f. 233; *V.* 124, n. 382; Sauerland, *Vatikanische Urkunden*, n. 735.)

12 (II id.) *sept.* T. XX. — **4949.** — *Jacobo, regi Majoricarum*, indulgetur ut capellani qui, cum eo, seu ipso præsente, horas canonicas et alia divina officia secundum morem R. E. decantabunt non teneantur ad alium morem observandum. (*A.* 51, f. 280 v°; *V.* 124, n. 471.)

Ut s. — T. XIX. — **4950.** — Collat. canon. sub exspect. præb. ac præposituræ eccl. Valentin., prov. Terraconen., Jacobi regis Majoricarum consid. dudum per P. P. facta favore *Bartholomæi Carme*, ejusd. regis cap. et commens., perinde valere debet ac si de cura animarum quæ imminet sacristiæ eccl. de Thoirio, Elnen. di., quam tunc temporis obtinebat, mentio facta fuisset. (*A.* 51, f. 275; *V.* 124, n. 460.)

16 sept. (XVI kal. oct.) T. XVI; gr. — **4951.** — *Mag. Joannes Piscis*, can. Biterren., fit P. P. cap. (*A.* 51, f. 223 v°; *V.* 124, n. 364.)

17 sept. (XV kal. oct.) Gr. pro Deo. — ***4952.** — *Archiep.o Ebredunen., et Nuscan. ac Marsicen. ep.is*, mand. ut Petrum, ep.um Montismarani, immittant in possessionem episcop. sui a quo fuit, tempore Joannis XXII, violenter ejectus et super quo diu in Rom. curia litigavit. (*A.* 51, f. 252 v°; *V.* 124, n. 416.)

Ut s. — T. X. — **4953.** — Indulg. XL dier. ad quinquennium manus porrigentibus adjutrices sustentationi pauperum hospitalis b. M. Pulchræ, a Petro, s. Clementis pr. card., in villa de Annoniaco, Viennen. di., de qua traxit originem, fundati. (*A.* 51, f. 219 v°; *V.* 124, n. 358.)

22 sept. (X kal. oct.) T. X. — **4954.** — Indult. celebrari faciendi missam in locis interdicto suppositis pro *Henrico, comite Barren.* (*A.* 51, f. 233; *V.* 124, n. 381; Sauerland, *Vatikanische Urkunden*, n. 737.)

Ut s. — T. X. — **4955.** — Indult. celebrari faciendi missam ante et circa diurnam lucem pro *eod. comite.* (*A.* 51, f. 233; *V.* 124, n. 383; Sauerland, *op. cit.*, n. 738.)

28 sept. (IV kal. oct.) Gr. pro Deo. — **4956.** — *B. M. Zagabrien., et de Thoplica, Zagabrien. di., monast. abbatibus, Cist. ord.*, mand. ut admitti faciant Nicolaum de Metis, mon. monast. Honestæ vallis, de Hungaria, Cist. ord., Quinqueecclesien. di., in eod. monast., a quo olim, cuidam intruso abbati consentire nollens, ejectus fuit, et diro carceri mancipatus, ac tamdiu et taliter detentus quod præ nimio frigore dextrum pedem in ipso carcere amisit. (*A.* 51, f. 232 v°; *V.* 124, n. 380.)

1 (kal.) *oct.* T. VI. — **4957.** — *Ep.o Caturcen.*, mand. ut procedat in exsecutione gratiæ exsp. benef., ad prioris prioratus de Friaco, O. S. B., Caturcen. di., collat. pertin., dudum factæ favore Guillelmi de Brolio, pauperis pr. dictæ di., non obstante errore in bulla apposito quod idem priorat. in Lemovicen. di. existeret. (*A.* 51, f. 264; *V.* 124, n. 439.)

4 (IV non.) *oct.* T. X. — **4958.** — *Rogerio Bernardi, comiti Petragoricen.*, conceditur altare portatile. (*A.* 81, f. 195; *V.* 123, n. 310.)

8 (VIII id.) *oct.* T. X. — **4959.** — *Joannæ, uxori Oliverii de Clissone*, militis Nanneten. di., conceditur altare portatile. (*A.* 81, f. 146 v°; *V.* 123, n. 275.)

Ut s. — T. X. — **4960.** — *Oliverio de Clissone* conceditur idem. (*A.* 81, f. 146 v°; *V.* 123, n. 276.)

9 (VII id.) *oct.* T. X. — **4961.** — *Frederico, ep.o Caminen.*, conceditur ut possit missam ante diem celebrare seu facere celebrari. (*A.* 81, f. 196; *V.* 123, n. 312; Riezler, 1907 [a].)

Ut s. — T. X. — **4962.** — *Eidem*, conceditur ut eccl. et cœmeteria violata reconciliare possit per aliquem idoneum sacerdotem. (*A.* 81, f. 196; *V.* 123 n. 313; Riezler, 1907 [b].)

Datum *Avenione.*

14 (II id.) *oct.* T. XXX.

4963. — *Universitati hominum castri de Murmurione, Carpentoraten. di.*, in comitatu Venaissino consistentis, Eccl. Rom. fidelibus, datur licentia faciendi forum publicum seu mercatum rerum venalium, semel in qualibet septimana, in die jovis, necnon nundinas semel in quolibet anno, in festo s. Laurentii cum duobus diebus sequentibus; ita tamen ut medietas leudæ tam rerum quæ in dictis mercato et nundinis quam alias in aliis temporibus anni venderentur in dicto castro, Rom. Eccl. integraliter persolvatur. (*A.* 51, f. 277 v°; *V.* 124, n. 464.)

22 oct. (XI kal. nov.); Gr.

4964. — *Mag. Rolando de Scarampis*, can. Laudunen., P. P. cap., conceditur ut omnia beneficia quæ habebat tempore promotionis suæ ad eccl. Regin. postquam eidem cessit eccl. valeat retinere. (*A.* 81, f. 198; *V.* 123, n. 146 *bis.*)

30 oct. (III kal. nov.) T. XII.

4965. — *Bernardo, electo Oscen.*, datur facultas recipiendi munus consecrat. a quocumque maluerit antistite. (*A.* 51, f. 256 v°; *V.* 124, n. 422.)

31 oct. (II kal. nov.) T. XVI.

4966. — *Raimundus de Valle*, archid. s. Sereni in eccl. Caturcen., fit P. P. et Sed. Apost. cap. commens. (*A.* 51, f. 257 v°; *V.* 124, n. 426.)

16 nov. (XVI kal. dec.) T. X.

4967. — Testimoniales consecrat. *Guimaro, ep.o Scaren.* impensæ. (*A.* 51, f. 303 v°; *V.* 124, n. 511.)

19 nov. (XIII kal. dec.) T. XVI.

4968. — *Elizabeth, reginæ Hungariæ*, indulgetur ut prælatus vel alius sacerdos in Nativitatis et Resurrectionis Dominicæ, ac Pentecostes et Assumptionis b. M. festivitatibus, in præsentia sua missarum solemnia celebrans, ipsi et omnibus audientibus XL dier. indulg. concedere valeat. (*A.* 51, f. 267; *V.* 124, n. 445.)

28 nov. (IV kal. dec.) T. X.

4969. — Testimoniales benedictionis impensæ per Petrum, ep.um Prænestin., *Bernardo, abb. monast. de Quadraginta, O. S. A., Narbonen. di.* (*A.* 51, f. 300; *V.* 124, n. 505.)

3 (III non.) *dec.* T. X.

4970. — *Amanevo, ep.o Agennen.*, ad biennium conceditur ut possit per idoneum sacerdotem reconciliare ecclesias et cœmeteria violata. (*A.* 81, f. 197 v°; *V.* 123, n. 319.)

Ut s. — T. XVI.

4971. — *Beltramino, electo Theatin.*, tempus consecrat. quod primo usque ad XV^am^ diem post festum Pentecostes tunc venturum, ac subsequenter usque ad festum b. Michaelis jam lapsum, postmodum vero usque ad festum Nativitatis Domini futurum jam prorogatum fuit, ab eodem festo Nativ. Dom. usque ad instantem mediam Quadragesimam adhuc prorogatur. (*A.* 81, f. 196; *V.* 132, n. 363; 123, n. 314; cf. n. 4863, 4913, 4943.)

Ut s. — T. X.

4972. — *Galhardo, ep.o Vasaten.*, conceditur ut eccl. et cœmeteria violata reconciliare possit per idoneum sacerdotem. (*A.* 81, f. 197; *V.* 123, n. 316.)

29 dec. (IV kal. jan.) T. X.

4973. — Testimoniales consecrat. *Rogerii, archiep.i Patracen.* (*A.* 51, f. 290 v°; *V.* 124, n. 488.)

? — T. XXIV ½.

4974. — Annotatio collat. canon. sub exspect. præb. eccl. Melden. per Joannem XXII (VI non. jul. anno IX°) factæ favore *Giscardi Comarcii*, qui bullam casualiter amisit. (*A.* 51, f. 44 v°; *V.* 124, n. 63.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ COMMUNES, SEU DIVERSARUM FORMARUM

ANNI III (1337)

10 (IV id.) *jan.* T. LVIII.

* **4975.** — *Guigoni de s. Germano, Anicien., et Nicolao Capociæ, de Urbe, s. Audomari de s. Audomaro, Morinen. di., eccl. præpositis, P. P. capellanis et nunciis,* mand. ut ad eccl. Maguntin. se transferentes, castra, villas, oppida et jura ejusd. eccl. in manibus P. P. per Baldewinum, archiep.um Treveren., posita, ad manus suas nomine ejusd. P. P. recipiant, et sub custodia teneant; ac nihilominus eumd. archiep.um et Joannem, Bohemiæ regem, ex parte una, et Henricum archiep.um Maguntin., ex altera, ad faciendum inter se concordiam et pacem inducere procurent; præfatum quoque archiep.um Treveren., cum dictam pacem fecerit, ab omnibus excom. et aliis sententiis et pœnis absolvant. (*A.* 51, f. 35 v°; *V.* 124, n. 43; cf. n. 3934, 3957, 3997; Riezler, 1857.)

Ut s. — T. XX.

* **4976.** — *Eisdem* mand. ut eccl. Wormatien., eccl. Maguntin. suffraganeam, quæ diu peccatis exigentibus proprium pastorem non agnovit, et castra, ac omnia bona, omnesque fructus ad mensam episcop. ipsius eccl. pertin. ab archiep.o et capit. Treveren., detentoribus eorumdem, abstrahere et ad manus suas nomine P. P. recipere et tenere studeant. (*A.* 51, f. 38; *V.* 124, n. 47; Riezler, 1858.)

Ut s. — T. X.

4977. — *Antedictis nunciis* conceditur facultas invocandi auxilium suffraganeorum eccl. Maguntin., ac capitulorum et cleri, necnon regum, ducum, marchionum, langraviorum, comitum, universitatum et aliarum personarum provinciæ Maguntin. ut super præmissis eis assistant. (*A.* 51, f. 38 v°; *V.* 124, n. 48.)

Ut s. — T. X.

4978. — *Archiep.is, et aliis ad quos litteræ istæ pervenerint,* mand. ut eisd. nunciis de securo conductu provideant. (*A.* 51, f. 38 v°; *V.* 124, n. 49.)

Ut s. — T. L.

4979. — *Capit. eccl. Maguntin.* mand. ut eisdem nunciis obediant. Mandata similia *clero et populo civit. et di. Maguntin., ac vassallis et suffraganeis eccl. Maguntin.* diriguntur. (*A.* 51, f. 39; *V.* 124, n. 50; Riezler, 1860.)

Ut s. — T. XX.

4980. — *Baldewinus, archiep.us Treveren.* hortatur ut quæ per procuratores suos atque litteras suas solemniter promisit efficaciter adimplere studeat, castrorum et jurium eccl. Maguntin. possessionem antedictis nunciis assignando. (*A.* 51, f. 39; *V.* 124, n. 52; Riezler, 1859.)

Datum *Avenione.*

13 (id.) *jan.* T. X.

4981. — *Universis abbatibus, prioribus et decanis, aliisque personis ord. Monachorum Nigrorum,* in proximo ipsorum provinciali capitulo in Remen. et Senonen. provincia celebrando congregandis, mand. ut ordinationes et statuta ad salubrem et felicem statum ord. prædicti per P. P. edita et cum multa maturitate digesta, ac in unam compilationem redacta, quæ ipsis transmittuntur, efficaciter observent et faciant observari. (*A.* 51, f. 27 et 335; *V.* 124, n. 618.)

Ut s. T. X pro quacumque.

4982. — In e. m. abbatibus provincialis capit. Viennen., Arelaten., Aquen. et Ebredunen.; — Abbatibus provincialis capit. Bituricen. et Burdegalen.; — Abbatibus provincialis capit. Rothomagen. et Turonen.; — Abb. provincialis capit. Strigonien. et Colocen. (Theiner, *Mon. Hung.* I, 912.) — Abb. provincialis capit. Maguntin.; — Abb. provincialis capit. Consan., Acherontin., Tarentin., Brundusin. et Hydruntin.; — Abb. provincialis capit. Cantuarien. et Eboracen.; — Abb. provincialis capit. Lugdunen., Bisuntin. et Tarentasien.; — Abb. provincialis capit. Gneznen.; — Abb. provincialis capit. Salzeburgen.; (D. U. Berlière, *Les chap. généraux de l'O. S. B.*, p. 105); — Abb. provincialis capit. Colonien. et Treveren. (Berlière, *op. cit.*, p. 64.); — Abb. provincialis capit. Baren., Tranen., Sipontin. et Beneventan.; — Abb. provincialis capit. Terraconen. et Cæsaraugustun.; — Abb. provincialis capit. Neapolitan., Capuan., Salernitan., Amalphitan. et Surrentin.; — Abb. provincialis capit. regni Bohemiæ; — Abb. provincialis capit. Mediolanen., Januen. et Pisan.; — Abb. provincialis capit. Compostellan. et Hispalen.; — Abb. provincialis capit. Toletan.; — Abb. provincialis capit. Roman.; — Abb. provincialis capit. Aquilejen., Graden., Jadren., Spalaten. et Ragusin.; — Abb. provincialis capit. Ravennaten.; — Abb. provincialis capit. Bracharen.; — Abb. provincialis capit. regni Scotiæ; — Abb. provincialis capit. Panormitan., Messanen. et Montisregalis; — Abb. provincialis capit. Bremen. et Magdeburgen.; — Abb. provincialis capit. regni Daciæ. (*A.* 51, f. 335-366; *V.* 124, n. 619 ad 645.)

Ut s.

4983. — In e. m. abbatibus provincialis capit. Narbonen., Tolosan. et Auxitan. (*A.* 81, f. 81; *V.* 123, n. 324.)

20 jan. (XIII kal. feb.) T. XVI.

4984. — *Aymo de Calvomonte, ord. Præd.,* deputatur inquisitor hæret. prav. in Carcassonen. civit. et di., aliisque civit. et di., castris, villis, locis, et terminis infra regnum Franciæ constitutis, in quibus inquisitores pravitatis prædictæ Carcassonæ residentes consueverunt seu potuerunt Inquisitionis officium exercere. (*A.* 51, f. 40; *V.* 124, n. 54.)

21 jan. (XII kal. feb.)

4985. — *Archiep.o Burdegalen., et ejus suffraganeis,* mand. ut cessent ab exactione decimarum impositarum per Joannem XXII, (VII kal. aug. anno XVII) pro Passagio generali; attento quod Philippus rex Franciæ christianorum exercituum rector deputatus graviter est impeditus quin infra terminum præscriptum iter arripiat. (*V.* 123, n. 358; Daumet, *Ben. XII*, n. 260.)

23 jan. (X kal. feb.) T. XII.

4986. — *Mag. Arnaldo de Verdala, can. Narbonen.,* mand. contra detentores pecuniarum, vasorum argenteorum et aliorum bonorum, quæ ad quond. Guillelmum de Alsona, mon. et sacristam monast. Montis Olivi, O. S. B., Carcassonen. di., obvenerant; instante Guillelmo, ejusd. monast. abb. (*A.* 51, f. 20 v°; *V.* 124, n. 10.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

4987. — *Archiep.o Remen.,* mand. ut abb. monast. s. Remigii Remen., O. S. B., sublato appellationis obstaculo, compellat ad exsequendum mand. apost. per quod providere debet Guillelmo dicto Loillot, de Monte s. Joannis, pr. Eduen. di., de benef. ad collat. dicti abb. pertin. (*A.* 51, f. 20; *V.* 124, n. 7.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

4988. — Dicto *abb. S. Remigii,* mand. ut Guillelmo prædicto provideat de beneficio ut supra. (*A.* 51, f. 20 v°; *V.* 124, n. 8.)

Datum *Avenione.*

23 jan. (x kal. feb.) T. XX.

4989. — *Ep.o Carnoten.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod canonici eccl. b. Martini Turonen., ad quos exercitium ecclesiast. jurisdictionis in capit. et ejusd. membrorum correctio pertinet, fructus præb. Joannis de Gavellutis, de Urbe, ejusd. eccl. can., ex abrupto contra justitiam sequestrarunt; et nonnulli ipsorum potentes et nobiles de occidendo dictum Joannem minas et terrores gravissima intulerunt, sub prætextu quod Joannem de Chielles, famil. suum, (qui ipsum can. evaginato cultello defendere nitebatur, sibique ipsi vulnus in tibia casualiter intulerat, ex quo propter imperitiam chirurgici post multos dies obiit) interfecisset, sed revera quia ipse Joannes de Gavellutis extraneus existit. (*A.* 51, f. 18 v°; *V.* 124, n. 4.)

25 jan. (VIII kal. feb.) T. XII.

4990. — *Marchesio de Mostuejolis*, can. Narbonen., mand. ut Guillelmo, archiep.o Antibaren., qui ad civit. Narbonen. se contulit, sub pœna privationis honoris sui, districte præcipiat et injungat ut infra mensem post mandatum hujusmodi iter arripere et ad Antibaren. eccl., quæ a « triginta annis et amplius quodammodo fuit utilis pastoris solatio destituta » continuatis dietis redire et inibi residere procuret; privilegia ejusd. eccl. quæ secum, jam sunt octo anni, sub prætextu faciendi ea per Sed. Apost. confirmari, adsportavit, restiturus eccl. prælibatæ. Grave enim timetur inter capit., clerum et populum civit. Antibaren. posse scandalum exoriri, ut refert Joannes, quondam Dominici Zaulini, can. eccl. prædictæ. Dicta vero eccl., tam propter præmissa, quam « propter malam administrationem Andreæ, olim archiep.i Antibaren., qui propter sua demerita a regimine ejusd. eccl. per Sed. Apost. fuit amotus, » gravia passa est detrimenta. (*A.* 51, f. 18 v°; *V.* 124, n. 3.)

Ut s.

4991. — Reservatio (facta a Joanne XXII) ruralis eccl. s. Victoris prope Pontem Candiaci, Nemausen., di., quam quond. Raimundus de Buxione regebat, valet ac si bulla bullata fuisset. (*V.* 123, n. 361.)

28 jan. (V kal. feb.) T. XVIII.

4992. — *Præposito et conv. monast. Montis Salvii, O. S. A., S. Flori. di.*, mand. ut ordinent quod per aliquem de quindecim vel viginti presbyteris qui in villa Montis Salvii existunt, viventes de patrimonio suo, die qualibet in aurora una missa celebretur apertis januis; instantibus consulibus et universitate ejusd. villæ, in qua ccc foci existunt et nulla alia est eccl., qui de vitæ necessariis eid. pr. providere parati sunt. Non obstante appellatione per eosdem præpositum et conv. interposita ad curiam Bituricen., loci metropoliticam, ab excom. sententia in eos per Archambaldum, ep.um S. Flori tunc, et nunc Avenione commorantem, promulgata. (*A.* 51, f. 22 v°; *V.* 124, n. 16.)

Ut s. — T. XX.

4993. — *Ep.o S. Flori*, mand. ut dictos præp. et conv. ad præmissa exsequenda appellatione remota compellat. (*A.* 51, f. 22 v°; *V.* 124, n. 17.)

29 jan. (IV kal. feb.) T. XII.

* **4994.** — *Petrus, rex Aragonum et Sardiniæ*, hortatur ut gubernatoribus suis in regno Sardiniæ, seu locatenentibus, per litteras injungat ut hospitium archiepiscopale in castro Cagliari situm et ab olim, Januello archiep.o Calaritan. tunc vivente, per eos occupatum, restituant Gondisalvo, archiep.o Calaritan. (*A.* 51, f. 39 v°; *V.* 124, n. 53; cf. n. 5013.)

Ut s. — T. XVI.

4995. — *Ep.o Florentin.* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Paulus Andreas, can. eccl. collegiatarum sæc. Fesulan. di., s. Angeli de Sereto et s. Petri de Monte Gonzy, quond. Henricum dictarum eccl. priorem senectute confractum et infirmitate gravatum mediante pecunia induxit ut prioratum suum (100 flor. auri) permutaret cum præb. earumd. eccl. (6 flor. auri); instantibus eccl. præfatarum parochianis. (*A.* 51, f. 26 v°; *V.* 124, n. 28.)

Ut s. — T. XI.

4996. — *Ep.o Padeburnen.* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod nob. Henricus, Lantgravius Hassiæ, Maguntin. di., gravia damna intulit abb. et conv.

Datum *Avenione.*

monast. Amelungesbornæ, Cist. ord., Hildesemen. di., eorum bona rapinis et incendiis devastando, manu armata violenter intrando, omnes serraturas confregendo, monachos vestibus nudando, et demum tantam tyrannidem perpetrando, « quod de majori commissa in aliquo religioso loco illarum partium memoria non habetur. » (*A.* 51, f. 24 v°; *V.* 124, n. 23; Riezler, 1865.)

31 jan. (II kal. feb.) T. XII.

4997. — *Petro, ep.o Aurasicen., rectori comitatus Venaisini,* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod prædecessores Raimundi de Guarrigiis, mon. et *conresarii* monast. Montis Majoris, O. S. B., Arelaten. di., in off. conresariæ dicti monast., tam ex longa consuetudine quam ex conventione publico instrum. firmata percipere consueverunt annis singulis in festo Omnium s. s. 100 sol. Viennen., in eccl. s. Joannis de Dolona, Vasionen. di., temporibus quibus Templarii ante sublationem ord. eorum et subsequenter Hospitalarii s. Joannis Hierosolymitani dictam eccl. tenuerunt; quos 100 sol. thesaurarius dicti comitatus pro Rom. Eccl. (ad quam, ex causa permutat. per Joannem XXII factæ, bona dictorum hospitalariorum in eod. Comitatu consistentia pervenerunt) solvere recusat. (*A.* 51, f. 26 v°; *V.* 124, n. 27.)

1 (kal.) *feb.* T. XVI.

4998. — *Subdecano s. Martini, et Arnaldo de Puiana, ac Guillelmo Joannis, can. majoris eccl. Turonen.,* iterum mand. ut bona Lobenchi de Podio Laurentio, can. Cenomanen., L. D., per officiales sæc. curiæ Cenomanen. manu armata ablata, eid. restitui faciant. (*A.* 51, f. 30 v°; *V.* 124, n. 35.)

2 (IV non.) *feb.* Gr. pro Deo.

4999. — *Ep.o Caturcen.* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Jacobus Maynardi, procurator generalis ad negotia ep.i Agennen., Geraldus de Pinibus, Michael de Ecclesia, ac Joannes Niger, clerici, Guill. Gorandi, bajulus sæcularis curiæ Agennen., et alii officiales ejusdem curiæ ad castrum de Rupecornu, Agennen. di., armata manu accesserunt et fractis portis eccl. dicti castri, ad quam quond. Arnaldus de Campis inculpabilis, cupiens evitare lethalem insultum eorum, confugerat, eumd. Arnaldum stantem super altare, et B. M. imaginem, et crucem dominicam ac repositorium, in quo erat s. s. Corpus Christi, devotissime amplexantem, cum lanceis percusserunt et graviter vulnerarunt, ac cum corda in collo de dicta eccl. extraxerunt; nec non ipsum ad P. P. continue appellantem ad civit. Agennen. duxerunt, et morti per suspendium tradiderunt; instantibus Guillelmo, patre, et Ricarda, matre dicti Arnaldi, ac communitate hominum castri præfati. (*A.* 51, f. 27; *V.* 124, n. 29.)

Ut s. — T. X.

5000. — *Ep.o Electen., ac Electen. et Carcassonen. officialibus,* mand. ut personaliter citent Raimundum, abb. monast. s. Polycarpi, O. S. B., Narbonen. di., diversis criminibus irretitum; instante Raimundo Amelii, ejusd. monast. mon. (*A.* 51, f. 31 v°; *V.* 124, n. 37.)

Ut s. — T. XII.

5001. — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrim. b. Petri in Tuscia,* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod pars territorii Castellardi in dicto Patrimonio constituta, ad Imeldam, filiam quond. Bacciulini de Castellardo, domicelli, et uxorem nob. Fattioli de Præfectis, de Urbe, pertinens, per nonnullos castellanos castri Abbatiæ ad Pontem, Castren. di., occupata de facto existit; attento quod ipsa Imelda propter guerrarum discrimina et minoritatem ætatis suæ non potuit prosequi jura sua. (*A.* 51, f. 33; *V.* 124, n. 40.)

Ut s. — T. XII.

5002. — *Petro, ep.o Aurasicen., rectori Comitatus Venaisini,* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod plures laici pauperes loci de Malausena, Vasionen. di., per nonnullos, nominantes se syndicos universitatis dicti loci, vexationes magnas pertulerunt super libertatibus et franchisiis eis a quond. Raimundo, duce Narbonæ, comite Tolosan., et marchione Provinciæ (dum terra Venaisini sub suo temporali

Datum *Avenione.*

dominio teneretur) concessis, ut impediant servitia quæ homines talliabiles dicti loci annuatim facere dignoscuntur. (*A.* 51, f. 29; *V.* 124, n. 33.)

13 (id.) *feb.* T. X.

5003. — *Joannes rex Bohemiæ* hortatur ut personas et loca ord. Mon. Nigrorum in suo regno consistentia super observatione ordinationum seu statutorum per P. P. editorum sic habere velit efficaciter commendata, ut idem ordo de bono in melius prosperetur. (*A.* 51, f. 339 v°; *V.* 124, f° ult. v°; Theiner, *Mon. Hung.* I, n. 913.)

2 (IV non.) *feb.* T. VIII.

5004. — Hortatoria similis *Carolo, regi Hungariæ* directa. (*A.* 51, f. 339; *V.* 124, f° ult. v°.)

16 feb. (XIV kal. mart.) T. XVI.

5005. — *Andreas de Reate,* ord. Præd., fit P. P. pœnitentiarius in Urbe. (*A.* 51, f. 48; *V.* 124, n. 67.)

20 feb. (X kal. mart.) T. CXXIV.

* **5006.** — Annotatio quarumdam litt. Joannis XXII per quas, (kal. aug., an. VII°) ad perp. rei memoriam confirmat sententiam arbitralem latam in causa vertente inter Jacobum, archiep. Aquen., ex una parte, et Guillelmum, abb. et conv. monast. s. Victoris Massilien., O. S. B., ex altera, super jurisdictione ecclesiastica quam ipse archiep.us prætendebat in valle de Tritis, Aquen. di., nec non castris, villis et locis, ac priorat., eccl. et personis inibi consistentibus; cum insertione præfatæ sententiæ per extensum. (*A.* 51, f. 49 v°; *V.* 124, n. 71.)

26 feb. (IV kal. mart.)

5007. — *Abb. monast. s. Eligii Atrebaten., et priori s. Salvii prope Valencenas, ac decano de Deluino* (?) *in Sanguineterso, Cameracen. et Ambianen. di.,* mand. ut recepta informatione plenaria super materia quæstionis exortæ circa reformationem excessuum capit. Morinen., inter Raimundum ep.um et dictum capit., ipsos reducant ad concordiam, si commode possunt; alias informationem completam remittant ad Apost. Sed. partibusque terminum præfigant, quo Sed. ejusd. conspectui se præsentent. (*A.* 51, f. 9; 81, f. 81; *V.* 123, n. 325.)

28 feb. (II kal. mart.) T. XVI.

5008. — Translatio *Henrici* ad episcop. Valentin. et Dien. perinde valere debet ac si ad instantiam quorumd. creditorum penes quos pro Humberto, Dalphino Viennen., erat obligatus, non fuisset excom. sententia innodatus. (*A.* 51, f. 66 v°; *V.* 124, n. 95.)

1 (kal.) *mart.* T. XVI.

5009. — *Ep.o Asten.,* mand. ut faciat justitiæ complementum in causa vertente inter Hubertum de Sparagonia, priorem priorat. s. Vincentii de Cabaliata, O. S. B., Vercellen. di., ex una parte, et Bonifacium, abb. monast. s. Nazarii de Blandrate, ord. et di. prædictorum, ex altera, super eo quod idem Bonifacius, olim prior prædicti priorat. et dilapidator bonorum ipsius existens, Otoni et Pisano de Azelio, suis fratribus uterinis sive germanis, Iporien. di., cum quibus in castro paterno de Azelio per duas leucas prioratui prælibato propinquo quasi continue manserat, octo instrumenta diversorum debitorum fecit, usque ad summam 269 flor. auri pro tot collectis solvendis, quæ fere sufficerent toti monast. Fructuarien., ord. et Iporien. di. prædictorum, cui ipse subjicitur prioratus, utiliores et fecundiores possessiones eisd. fratribus obligando. (*A.* 51, f. 73 v°; *V.* 124, n. 110.)

5 (III non.) *mart.* T. X.

5010. — Reservatio (facta a Joanne XXII) benef. quond. Lucæ de Cunheriis, can. Baiocen. valet ac si bulla bullata fuisset. (*A.* 81, f. 158 v°; *V.* 123, n. 335.)

7 (non.) *mart.*

5011. — Reservatio (facta a Joanne XXII) benef. Petri de Blagnaco, can. Burdegalen., valet ac si bullæ bullatæ fuissent. (*V.* 123, n. 331.)

13 (III id.) *mart.* T. X.

5012. — *Cameracen., et s. Joannis in Burgo, ac s. Petri in Foro Laudunen. eccl. decanis,* mand. ut citent Joannem de Camberona, succentorem eccl. Laudunen, qui injuste Jacobum de Villa, can. s. Crucis Cameracen., in Rom. curia procuratorem abb. et conv. monast. s. Bertini, O. S. B., Morinen. di., excommunicavit, ut conspectui apost. se præsentet. (*A.* 81, f. 158; *V.* 123, n. 334.)

Datum *Avenione.*

14 (II id.) *mart.*

* **5013.** — Hortatoria *Petro, Aragonum ac Sardiniæ et Corsicæ regi,* ut Gundissalvo, archiep.o, et eccl. Calaritan., eorum jura restituat: scilicet villas Quartuosi, s. M. de Paradiso, s. Archangeli de Tolestrai, seu archiep.i, s. Agathæ de Sulchi, Bandecamas Margani, et Baran Murathesi, et s. Agathæ de Rutilas, Calaritan. di., sitas in Insula Sardiniæ, jamdudum Calaritan. eccl. et archiepiscopali mensæ per judices Calaritan. et Arboreæ et alios dominos temporales dicti regni donatas, et postmodum per cives Pisanos tempore quo regnum Calaritan. detinebant occupatas. (*V.* 123, n. 328; cf. n. 4994.)

Ut s. — T. X.

5014. — *Ep.o Pampilonen., et abb. monast. de Leran, ac priori Ronscidevallis, Pampilonen. di., collectoribus decimarum in regno Navarræ,* mand. ut ultra et contra commissionem eis factam, quosd. nobiles illarum partium, Baionen. et Aquen. di., non molestent. (*A.* 81, f. 158; *V.* 123, n. 333.)

15 (id.) *mart.*

5015. — *Ep.o Asten.,* committitur causa appellationis interpositæ per priorem et fratres ord. Carmelit. Asten. a sententia ep.i Alben., conservatoris fratribus Min. ejusd. civit. a Sed. Ap. deputati, circa molestias a dictis fr. Min. factas fr. Carmelit. prædictis, ratione mutationis monast. quam ex rationabilibus causis ipsi Carmelit. perfecerunt. (*V.* 123, n. 351.)

Ut s. — T. XII.

5016. — *Abb. monast. Lesaten., Riven. di.,* mand. ut se informet et referat super eo quod b. m. Bozo, ep.us Convenarum, quasd. decimas dictas de Bellofago, Convenarum di., ad mensam ep.i Convenarum pertin., b. m. Petro de Mortuomari, s. Stephani in Cœliomonte pr. card., donavit; instante Hugone, dicti Bozonis successore. (*A.* 51, f. 58 v°; *V.* 124, n. 82.)

Ut s.

* **5017.** — Causa quæ vertitur inter Henricum, archiep.um Maguntin., et nob. Ropertum, comit. de Wierinborg, fratrem suum, ex una parte, et mag. Guernerum Nerii, not. Florentin., ex altera, committitur *Guigoni de s. Germano, Anicien., et Nicolao Capociæ, de Urbe, s. Audomari de s. Audomaro, Morinen. di., præpositis, P. P. capellanis et nunciis,* audienda et fine debito terminanda. (*V.* 123, n. 329; Riezler, 1875.)

Ut s. — T. X.

5018. — *Decano, et archid., ac cantori eccl. Parisien.,* mand. ut faciant justitiæ complementum super eo quod Petrus Tesson, pr. Rothomagen. di., per Hugonem., ep.um Parisien., ad carcerem quamdiu ipsi ep.o placeret condemnatum, per Guillelmum, ipsius Hugonis successorem, adhuc in eod. carcere detinetur, quamvis a tribus annis et duobus mensibus idem Hugo obierit. (*A.* 51, f. 63 v°; *V.* 124, n. 90.)

Ut s. — T. XII.

5019. — *Ep.o Regen.* mand. ut clericos eccl. suæ Regen. declaret, ratione emolumenti quod qualibet die recipiunt a capit. dictæ eccl., in 12 parvis tur. pro unoquoque ipsorum, ad solutionem decimæ non teneri. (*A.* 51, f. 57 v°; *V.* 124, n. 80.)

Ut s. — T. XVI.

5020. — *Guillelmo Saporis, mon. et eleemosynario eccl. s. Pontii Tomeriarum, O. S. B.,* datur licentia residendi in curia ad defendendum causam quam dicta eccl. habet contra Raimundum, ep.um S. Pontii, circa possessionem prioratus s. Eulaliæ de Thonevis, dicti ord., Biterren. di.; non obstante mandato ipsi per ep.um facto redeundi ad claustrum infra duos menses. (*A.* 81, f. 158 v°, *fragm.*; *V.* 123, n. 336.)

Ut s. — T. XVI.

5021. — *Raimundo, ep.o S. Pontii Tomeriarum,* mand. ut contra dictum Guillelmum Saporis aliquatenus non procedat, attenta licentia ipsi per P.P. concessa defendendi causam prædictam in curia Rom. (*A.* 51, f. 92 v°; *V.* 124, n. 145.)

Ut s.

* **5022.** — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrim. b. Petri in Tuscia,* mand. ut super solutione vel restitutione cujusd. quantitatis pecuniæ decimæ R. E. quam abb. et conv. s. Martini in Montibus prope Viterbium, Cist. ord., habuerunt, informatione recepta, quidquid invenerit Apost. Sed. referre procuret. (*V.* 123, n. 332.)

Datum *Avenione.*

23 mart. (x kal. apr.) T. XII.

5023. — *Ep.o Vauren.*, mand. ut audiat causam vertentem inter ep.um Castren., ex una parte, et Joannem Magfredi juniorem, cler. Castren., ex altera, super eo quod cum ipse cler. ac alter Joannes Magfredi, ejus patruus, prætextu cujusd. homicidii in persona Raimundi Rolandi Sabaterii in civit. Castren. perpetrati, accusati fuissent, ipse patruus fuit per curiam in carcere mancipatus et, quamvis innocens, nonnisi post sexdecim menses a dicto ep.o Castren. liberatus; ex quo ipse Joannes junior coram eo non audens comparere ad Sed. Apost. duxit recurrendum. (*A.* 51, f. 56 v°; *V.* 124, n. 78.)

Ut s.

* **5024.** — *Archiep.o Aquen.*, mand. ut in causa quæ verti speratur inter ep.um et capit. Vencien., ex una parte, et quosd. nobiles, ex altera, circa possessionem bonorum quond. Petri Romei de Villanova, militis, ab ipso Petro eid. capit. legatorum, faciat justitiæ complementum. (*V.* 123, n. 344.)

28 mart. (v kal. apr.) T. XII.

* **5025.** — *Archiep.o Strigonien.*, mand. ut faciat justitiæ complementum abb. et conv. monast. s. Michaelis Archang. de Bata, O. S. B., Quinqueecclesien. di. (quod monast. a b. Ladislao, rege Hungariæ, fundatum est et dotatum) contra Ladislaum, archiep.um Colocen., qui villam dictam Appati, alias Nodyarki, Colocen. di., valoris annui 300 march. arg., ad dict. monast. pertin. detinet jam a XXVI annis occupatam. (*A.* 51, f. 86 v°; *V.* 124, n. 132.)

2 (IV non.) *apr.* T. XII.

5026. — *Ep.o Legionen.*, mand. ut audiat et appellatione remota decidat causam vertentem inter ep.um et Bartholomæum Fernandi, can. Astoricen., vicarium generalem in parte episcop. Astoricen., eorumque sequaces et adhærentes, ex una parte, et Joannem, ep.um Oveten., ex altera, super jure exercendi jurisdictionem et percipiendi decimas in territorio seu insula fluminis Cruegii, quæ Valvirano vulgariter nuncupatur, nec non super limitibus suarum di. (*A.* 51, f. 87; *V.* 124, n. 133.)

5 (non.) *apr.* T. XVI.

5027. — *Archiep.o Eboracen.*, mand. ut, prævia informatione, taxationem decimæ monast. de Parcolude, Cist. ord., Lincolnien. di., ad statum moderatum reducat; attento quod relationes per ep.um Lincolnien. P.P. et Joanni XXII prædecessori desuper transmissæ fidem integram non faciunt. (*A.* 51, f. 80; *V.* 124, n. 122; Bliss, II, p. 542.)

Ut s. — T. XII.

5028. — *Archiep.is et ep.is et aliis olim collectoribus decimæ sexennalis proventuum ecclesiast. in regno Hungariæ*, dudum per Joannem XXII deputatis, mand. ut a priore et fratribus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitan. de Hungaria prædictam decimam pro subsidio Terræ Sanctæ impositam nullatenus exigant, et si quam forsitan exegerint, cum integritate restituant; attento quod ipse Joannes P.P. illos exemptos fore decrevit. (*A.* 51, f. 88; *V.* 124, n. 135; Theiner, *Mon. Hung.* I, n. 917.)

Ut s. — T. XVI.

5029. — *Francisco de Podioacuto*, præceptori domus Hospitalis s. Joannis Hierosol. de Manuasca, Sistaricen. di., mand. ut non impediat homines et universitatem, ac syndicos dicti castri de Manuasca, ad dictum Hospitalem spect., quominus ipsi tallias et collectas inter ipsos imponere et exigere possint, pro prosecutione litium quas habent in Rom. curia contra ipsum. (*A.* 51, f. 79; *V.* 124, n. 118; cf. n. 5069, 5070.)

6 (VIII id.) *apr.*

5030. — Reservatur paroch. eccl. de Viveriis, Vauren. di. (*V.* 123, n. 349.)

11 (III id.) *apr.* T. XII.

5031. — *Archiep.o Jadren., et Noren. ac Scardonen. ep.is*, mand. ut faciant justitiæ complementum super eo quod Joannes de Camporiano, professus ord. Hospitalis s. Joannis Hierosol., diabolico spiritu instigatus, habitu dimisso, falsoque se alio nomine, videlicet Bonojoanne faciens nuncupari, matrim., imo verius contubernium cum quad. muliere contraxit, secumque plura bona dicti Hospitalis nequiter adsportavit, et ea, communis civit. Jadren. suffultus potentia, detinet occupata; instantibus priore et fratribus prioratus s. Joannis Hierosol. de Hungaria. (*A.* 51, f. 88; *V.* 124, n. 136.)

Datum *Avenione.*

27 apr. (v kal. maii.)

5032. — *Archiep.o Senonen.*, mand. ut compellat Joannem de Campis, decanum eccl. Senonen., qui decanatum ipsum per sex annos et amplius possedit, ut juxta consuetudinem et statuta ipsius eccl. se faciat ad sacerdotium promoveri. (*V.* 123, n. 345.)

28 apr. (iv kal. maii.)

5033. — *Paulo, archiep.o Nidrosien.*, mand. ut fratres ord. mendicantium suæ provinciæ desistere compellat ne populis concedant indulgentias indiscrete in sermonibus suis, et ut decretalem *Super cathedram* a Bonifacio VIII editam et a Clemente V, ac Joanne XXII confirmatam, [circa præsentationem diœcesanis prælatis faciendam, personarum idonearum quæ ex ord. religiosis eliguntur ad audiendas fidelium confessiones, necnon circa administrationem sacramentorum Extremæ Unctionis et Eucharistiæ, quæ ab ipsis religiosis sine licentia parochorum ministrari minime debent] diligentius observent. (*V.* 123, n. 350.)

Ut s.

5034. — *Abb. monast. Sublacen., et Rogerio de Vintrono, archid. Conchen. in eccl. Ruthen., Campaniæ Maritimæque, ac Beneventi rectori, ac priori Præd. s. M. supra Minervam de Urbe*, mand. ut, si informatione præmissa repererint Jacobum de Sabello et suos complices eccl. s. Angeli in Foropiscium destruxisse, tamdiu ipsos denuncient excommunicatos donec beneficium absolutionis meruerint obtinere. (*V.* 123, n. 337; Theiner, *Cod. dip.* II, n. 36.)

2 (vi non.) *maii.*

5035. — Reservatur præpositura eccl. s. Petri Insulen., Tornacen. di., quam quond. Robertus de Courtenay regebat. (*V.* 123, n. 359.)

4 (iv non.) *maii.*

* **5036** — *Archiep.o Nidrosien., et ep.o Stavangren.*, mand. ut inquirant de quibusd. negligentiis et dilapidationibus quas Haquinus Bergen. ep.us dicitur commisisse, et si invenerint esse ita, citent eum ut Sed. Apost. conspectui se præsentet. (*V.* 123, n. 347.)

7 (non.) *maii.*

5037. — *Mag. Rogerio de Vintrono, archid. Conchen. in eccl. Ruthen., Campaniæ Maritimæque rectori*, mand. ut ep.o et capit. Alatrin. permittat, si fieri possit sine populi scandalo et præjudicio civit., construere quosdam domos juxta eccl. dictæ civit.; attento quod Geraldus de Valle, can. Neapolitan., tunc Campaniæ rector « quoddam fortalicium quod erat quasi in medio civit. Alatrin., forti opere magnorum lapidum structura constructum, clausum undique et validis parietibus circumfultum, in quo interdum nobiles et barones ejusd. provinciæ ad subjugandum civitatem, se receptabant,... undique aperuit et etiam patefecit, domos quoque nobilium, cum domibus ep.i et capit. et eccl. cathedralis totaliter dissipavit, propter quod præfata eccl.., remansit solitaria et deserta. » (*V.* 123, n. 343; Theiner, *Cod. dip.* II, n. 38.)

Ut s.

5038. — *Abbatibus s. Petrivivi et s. Remigii Senonen., ac Guillelmo Gotelant, can. Senonen.*, mand. ut bona monast. de Cella prope Trecas, O. S. B., contra formam juris per Guillelmum et alios Stephani abbatis hodierni prædecessores alienata, aliqua ad non modicum tempus, aliqua in perpetuum, ad jus et proprietatem monast. studeant legitime revocare. (*V.* 123, n. 340.)

Ut s.

5039. — *Eisd. judicibus* idem mand. specialiter contra Perrachium Thodisci, mercatorem Placentin., cui Guillelmus quond. abb. cxx lib. tur. renduales per eum levandas annuatim super manerio de Brullicourt, Trecen. di., dicto monast. pertinente, contra formam juris vendidisse dicitur. (*V.* 123, n. 341.)

12 (iv id.) *maii.*

5040. — *Ministro et diffinitoribus capit. generalis ord. Min. celebrandi Caturci*, mand. ut recipiant ad obedientiam quosd. fratres dicti ord. qui Michaeli de Cesena, condemnato de hæresi adhæserunt, exceptis tamen eodem Michaele, Francisco de Esculo, Guillelmo Okam, Bonagratia et aliis, qui a Petro de Corbaria, tunc antipapa, dign. et offic. receperunt. (*V.* 123, n. 342.)

Datum *Avenione.*

14 (II id.) *maii.*

5041. — Reservatio (facta a Joanne XXII) paroch. eccl. de Valobrica, Uticen. di., quam quond. Raimundus de Turre possidebat, valet ac si bulla bullata fuisset. (*V.* 123, n. 348.)

15 (id.) *maii.*

5042. — *Rogerio de Vintrono, archid. Conchen. in eccl. Ruthen., rectori Beneventan.*, mand. ut Thomam Manselle faciat excommunicatum publice nuntiari donec de injuriis illatis Petro de Montella, can. Beneventan. (quem capi fecit et tamdiu in carcere detinuit quamdiu idem can. de 700 flor. auri solvendis fuit fidejussoriam cautionem præstare coactus) satisfecerit competenter. (*V.* 123, n. 346.)

Ut s.

5043. — *Abb. sæc. Dauraten., Lemovicen. di., et thesaur. Laudunen., ac Petro de Talliata, can. Carnoten.*, mand. ut citent Albertum et Mastinum de La Scala, et quosd. alios ut infra certum temporis spatium apost. conspectui se præsentent, Hugolino Parmen. ep.o de justitia responsuri; quem Hugolinum de civit. et districtu Parmen. exbanniverunt, ipsius bona occupando. (*V.* 123, n. 339.)

23 maii.
(X kal. jun.)
T. XXII.

5044. — *Archiep.o Cantuarien.*, mand. ut paroch. de Namptone et de Vestilleburi, Conventren. et Londonien. di., uniat eccl. s. Laurentii de Candelwyke Streete juxta Londonias, quam construi fecit Joannes de Pulteneye, civis Londonien., in honorem prætiosissimi Corporis et Sanguinis J. C., in ea unum presbyterum principalem nuncupatum magistrum et sex alios perpet. capellanos divina inibi quotidie celebraturos instituendo, eidemque eccl. s. Laurentii juspatronatus dictarum eccl. (40 lib. sterl.) pia liberalitate donando. (*A.* 51, f. 105; *V.* 124, n. 163; Bliss, II, p. 542.)

Ut s.

5045. — *Heliæ Manhani, Xantonen., et Andreæ Roberti, Pictavien., ac Geraldo Judicis, Andegaven. canonicis*, committitur receptio testium et partium ipsarum in causa quæ vertitur inter Ivam Vigeriam de Lonzaco, monialem monast. s. Mariæ Xantonen., O. S. B., ex una parte, et Agnetem Garneriæ, ejusd. monast. monialem, ex altera, circa duas electiones in discordia, post obit. Agnetis abbatissæ factas, quarum una fuit de dicta Iva, et alia de dicta Agnete. Causa autem apud Sed. Apost. coram Petro, s. Clementis pr. card., dicitur pendere. (*V.* 123, n. 360; cf. n. 4009.)

26 maii.
(VII kal. jun.)
T. XII.

5046. — *Petro, ep.o Aurasicen., rectori Comitatus Venaissini*, mand. ut ep.um et capit. Tricastrin., ac clerum et populum civit. et castrorum eccl. Tricastrin., sub « guidagio » et « salvaguardia » Rom. Eccl. et Comitatus prædicti existentes, defendere studeat contra potentiam et tyrannidem baronum et nobilium vicinorum, per quos sæpissime male tractantur, et plures boni homines nequiter interficiuntur; hoc autem adimpleat juxta conventiones per modum societatis initas inter ep.um, capit., clerum et populum supradictos, ex parte una, et dictum Comitatum, ex altera, per quas in signum societatis ac salvæguardiæ et protectionis hujusmodi pensionem D vasorum avenæ dicto Comitatui solvunt annuatim. (*A.* 51, f. 120 v°; *V.* 124, n. 191.)

29 maii.
(IV kal. jun.)
T. XXXV.

* **5047.** — *Joannes, abb. monast. Juncellen., Biterren. di.*, in correctione et reformatione monast. Fontis Ebraudi ad Rom. Eccl. nullo medio pertin., Pictavien. di., et aliorum locorum eidem monast. subjectorum, adjungitur *Raimundo, de Pinna, Oscen. di., monast. abb.*, per P. P. delegato; attento quod idem Raimundus multa gravamina intulit abbatissæ dicti monast. Fontis Ebraudi, fratres et servitores ipsius monast. pro gravibus eorum sceleribus carceri mancipatos a dicto carcere liberando, decem alios fratres ejusdem abbatissæ capitales inimicos dictæ reformationi deputando, et absque causa rationabili eamd. abbatissam sibique adhærentes cum magna pulsatione campanarum in cathedralibus et collegiatis eccl. excommunicatos publice nunciari faciendo, etc. (*A.* 51, f. 114; *V.* 124, n. 181; cf. n. 3989, 3994.)

31 maii.
(II kal. jun.)

5048. — *Ep.o Nemausen.*, mand. ut, non obstantibus erroribus contentis in litteris apost. eidem directis pro Firmino Textoris, cler. beneficiando, et præsertim quod

Datum *Avenione.*

in iis dictum sit quod prioratus s. Baudilii, dictæ di., sit ord. Cluniacen., cum O. S. B. existat, procedat juxta priorum continentiam litt. (*V.* 123, n. 397.)

1 (kal.) *jun.* T. XVI. **5049.** — *Ep.o Castren.*, mand. ut audiat et terminare procuret causam vertentem inter Guillelmum Fenasse, civem Albien., ex una parte, et inquisitorem Carcassonen., ex altera, super eo quod idem inquisitor quond. Guillelmum Fenasse seniorem, ejusd. Guillelmi patrem, denuntiationes quasdam secretas audiens, fecit mancipari adeo diris carceribus ut infra breve tempus ibidem miserabiliter exspiravit. (*A.* 51, f. 143; *V.* 124, n. 230.)

Ut s. — T. XX. **5050.** — *Archiep.o Pisan.*, mand. ut omnes processus auctoritate apost. habitos et sententias latas favore Coppi, filii Petri Ratuncini, de Florentia, can. Pisan., contra Henricum Gaddobi canonicatum et præb. eidem Coppo per Joannem XXII collatos detinentem, ac capit. ejusd. eccl. eidem Henrico adhærentes, faciat firmiter observari, invocato etiam auxilio brachii sæc. (*A.* 51, f. 138 v°; *V.* 124, n. 223.)

7 (VII id.) *jun.* **5051.** — *Andreas Bartoli, de Spoleto*, ord. Min., fit in Urbe P. P. pœnitentiarius. (*A.* 51, f. 120; *V.* 124, n. 190.)

12 (II id.) *jun.* **5052.** — *Ep.o s. Flori*, mand. ut a Raimundo, ep.o Claromonten., a Conseranen. eccl. translato, recipiat Rom. Eccl. nomine fidelitatis solitæ juramentum. (*V.* 123, n. 355.)

Ut s. — T. XII. **5053.** — *Ep.o Colimbrien.*, mand. ut mag. Guillelmum Octi, decanum eccl. Colimbrien., appellatione remota, compellat ad faciendum residentiam in dicta eccl., in qua a decem annis nunquam resedit. Ipse enim in eccl. Caturcen. in qua est can. præbendatus residet advocationis offic. exercendo; et licet sit ætatis LX annorum, se tamen non fecit ad aliquem sacrum ordinem promoveri. Ob ejus absentiam jura eccl. et capit. Colimbrien. continue læsionem recipiunt : ipsi enim decano competit visitatio et correctio in tota terra ejusd. capit., tam spiritualiter quam temporaliter. (*A.* 51, f. 129 v°; *V.* 124, n. 209.)

13 (id.) *jun.* T. X. **5054.** — *Bernardo de Pentenchis, cellario monast. Bonifontis, Convenarum di., et Geraldo de Parinhaco, pr. præbendato in eccl. Lomberien.*, mand. ut quamdam summam pecuniæ et bona alia usque ad valorem 1,000 lib. tur. relicta ab Arnaldo ep.o Claromonten. in piis operibus eroganda colligant ac fideliter in piis operibus dispensent. (*A.* 81, f. 162 v°; *V.* 123, n. 394.)

Ut s. — Gr. pro card. **5055.** — *Ep.o, et Petro de Abbatia, ac Jacobo de Pertusia, canonicis Valentinen.*, mand. ut citent personaliter Petrum Scribam, can. Valentin., qui procuratorem Petri, ep.i Prænestin., jura præposituræ quam idem ep.us in eccl. Valentin. obtinet prosequentem, ejusque familiares etiam clericos et presbyterum unum mandavit « verberari et vulnerari, et membris etiam mutilari in plateis publicis et melioribus totius civitatis Valentin., » qui nisi per fugæ remedium evasissent fuissent ibidem crudeliter interempti. (*A.* 51, f. 126 v°; *V.* 124, n. 201.)

Ut s. · **5056.** — *Priori s. Donati, Viennen. di., et archid. Pisciacen. Carnoten., ac mag. Guillelmo Amici, P. P. cap., can. Aurelianen.*, mand. ut quasdam sententias per mag. Petrum Raimundi de Montebruno, primi, mag. Guillelmum de Norwico, archid. Norwicen., secundi, et Bosolum de Parma, can. Tornacen., tertii graduum auditores Palatii apost. latas pro Aymaro Gay de Veana, super canon. eccl. s. Bernardi de Romanis, Viennen. di., contra sacristam et capit. ejusd. eccl. contumaces, auctoritate apost. confirmatas, exsecutioni debitæ demandent. (*V.* 123, n. 396.)

15 jun. (XVII kal. jul.) · **5057.** — *Ep.o Wintonien.*, mand. ut decano et capit. Eboracen. super injuriis et damnis eis illatis per Joannem de Catesden, Lichefelden. di., qui procuratorem et notarium eorumdem cepit et detinuit, faciat justitiæ complementum. (*V.* 123, n. 353; Bliss, II, p. 541.)

Datum *Avenione.*

20 jun. (XII kal. jul.)

5058. — Conceduntur litteræ testimoniales *Philippo, abb. monast. s. Petri de Rasina, O. S. B., Nucerin. di.*, scilicet quod reservationes apost. dudum per Joannem XXII et Benedictum P. P. editæ non comprehendunt vacationem dicti monast. nec electionem aut confirmationem ipsius Philippi abb. (*V.* 123, n. 354.)

22 jun. (X kal. jul.)

5059. — *Corisopiten. et Leonen. ep.is,* mand. ut refrenent et moderent expensas, quas petunt testes producendi in Rom. curia in causa quæ vertitur inter Herveum, dominum de Trevalloet et Yvonem Bosent, Corisopiten. et Leonen. di., ex una parte, et Joannem Aufredi, inquisitorem hær. prav., ac Alanum Thomæ, ejus vicarium in provincia Turonen., ex altera; quodque litteras apostolicas pridem receptas circa hujusmodi causam exsecutioni mandare non omittant. (*V.* 123, n. 362; cf. n. 2304, 3943, 5130.)

Ut s.

5060. — *Archiep.o Jadren.*, mand. ut relaxet interdictum cui subjacet monast. monialium s. Nicolai Jadren., ord. s. Claræ, ipsasque moniales absolvat ab excom. sententia in eas per Bertrandum Rotundi, collectorem decimarum, lata; attento quod ob magnam paupertatem dictam decimam solvere nequeunt. (*V.* 123, n. 352; Theiner, *Mon. Slav. mer.* I, n. 259.)

Ut s.

5061. — *Abb. monast. s. Michaelis de Clusa, Taurinen. di.*, committitur causa quæ vertitur inter Anselmum, ep.um Maurianen., et Guidonem de Ranoyria, militem, judicem *correarium* appellatum sæcul. curiæ Maurianen. pro ep.o prædicto, ex parte una, et syndicos ac procuratores castrorum et villarum Montisrotundi, s. Saturnini, s. Joannis de Arna, de Vilario Raymberti, et de Jarries, Maurianen. di., ex altera, circa expensas in consecrat. prædicti ep.i factas, quasque dictus judex, contra jus et consuetudinem, a præfatis castris et villis exigere decreverat. Non obstante quod jam dicta causa coram priore de Chamos et præp. s. Catharinæ de Aquabella, dictæ di., ac sacrista Maurianen., auctorit. apost. judicibus deputatis, pendeat. (*V.* 123, n. 357.)

Ut. s. — T. XVII 1/2.

5062. — Annotatio mandati *Lemovicen. et Engolismen. ep.is, ac abb. monast. s. Martini de Troartio, Baiocen. di.*, per Joannem XXII (IV kal. mart., an. XIV°) directi, ut de vita ac miraculis Yvonis Hælori, pr. Trecoren. di., cujus corpus in Trecoren. eccl. requiescit, inquirant et referant; instantibus Philippo, rege, et Joanna, regina Franciæ, multis archiep.is, ep.is, abbatibus, prælatis regni Franciæ, universitate doctorum et scholarium studii Parisien., Yvone, ep.o Trecoren., nob. Joanne, duce Britanniæ, ac nob. Guidone de Britannia, qui una cum dicto ep.o ad Sed. Apost. propterea personaliter accessit. (*A.* 51, f. 141; *V.* 124, n. 227.)

1 (kal.) *jul.*

5063. — *Ep.o Alben.*, committitur ut inquirat et referat an permutatio quam fecit Arnaldus, Asten. ep.us, cum Bauduino et Joannino de Pelletis, civibus Asten., « de medietate castri et villæ Cartauseri, ad Asten. eccl. pertin., pro certis partibus quas dicti nobiles in castris et villis s. Albani et Turris ipsius eccl., ejusd. di., acquisierant et habebant, hoc modo videlicet quod præfati nobiles dictam medietatem tenere deberent in feudum ab eccl. memorata et quod partes dictorum nobilium penes eamdem eccl. remanerent, » in utilitatem dictæ eccl. convertatur. (*V.* 123, n. 366.)

4 (IV non.) *jul.*

5064. — *Ep.o Vercellen.*, mand. ut audiat causam quæ vertitur inter Theodoricum, marchionem Montisferrati, ex parte una, et hæredes Philippi de Sabaudia, qui castra Balengerii et Calusii, Taurinen. et Iporien. di., ad dictum marchionem pertinentia indebite occupaverunt, ex altera. (*V.* 123, n. 365.)

6 (II non.) *jul.* T. XX.

5065. — *Abb. et conv. monast. s. Stephani Januen., O. S. B.* Amovetur decretum per quod Joannes XXII eisdem inhibuit ne aliquem in mon. dicti monast. absque sua et Sed. Apost. licentia recipere præsumant. (*A.* 81, f. 121 v°; *V.* 123, n. 235-6.)

Datum *Avenione.*

6 (II non.) *jul.*

5066. — *Abb. monast. Clarævallis, Lingonen. di.*, mand. ut abb. et conv. monast. de Aurora, Cist. ord., Constantien. di., super quibusd. alienationibus et dilapidationibus, factis per Ulricum de Lobsingen, olim abb. ipsius monast., qui nunc pro monacho monast. Morimundi, dict. ord., Lingonen. di., se gerit, faciat justitiæ complementum. (*V.* 123, n. 364.)

15 (id.) *jul.*

5067. — Exhortatur *Alexander, rex Bulgariæ,* ad agnitionem fidei Christianæ. (*V.* 123, n. 369; Theiner, *Mon. Hung.* I, n. 927.)

Ut s.

5068. — Commendatur *Petrissa, ducissa Carnonen.*, mater dicti regis Bulgariæ, quæ ad fidem catholicam se convertit; hortatur etiam ut Alexandrum regem verbis salubribus ad assumptionem ejusdem fidei perducat. Sequitur professio fidei prædictæ. (*V.* 123, n. 370.)

21 jul. (XII kal. aug.)

5069. — *Nob. Philippo de Sanguineto, senescallo Provinciæ,* mand. ut quosd. homines castri et villæ de Manuasca, Sistaricen. di., quos tenet carceri mancipatos, dimittat, ipsosque permittat in Rom. curia prosequi jura sua; attento quod Franciscus de Podioacuto, præceptor Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani de Manuasca, contra quem recursum habent ob illata gravamina, persona est religiosa et foro ecclesiastico subjecta. (*V.* 123, n. 367; cf. n. 5029.)

Ut s.

5070. — *Francisco de Podioacuto,* præceptori præfato, mand. ut a molestiis inferendis universitati hominum castri et villæ de Manuasca desistat. (*V.* 123, n. 368.)

23 jul. (X kal. aug.) T. X.

5071. — *Mag. Rogerio de Vintrono, archid. de Conchis in eccl. Ruthen., Campaniæ Maritimæque rectori,* mand. ut simpliciter et de plano faciat justitiæ complementum in causa vertente inter Clementem, filium quond. Andreæ de Alatro, domic. Alatrin., ex una parte, et Sixtum, filium quond. Gotifridi Raynaldi, civem Alatrin., ex altera, super eo quod Sixtus prædictus quasd. domos in civit. Verulan. eidem Clementi per quond. Loffridum Gaitani, Fundorum, et Benedictum, Palatin. comites assignatas pro quadam turri ipsius domicelli posita in territorio Alatrin., in loco qui dicitur ad Casas, per inimicos eorumdem comitum destructa, detinet; ipse enim domicellus causam prædictam propter ejusd. Sixti potentiam diutius prosequi non posset. (*A.* 51, f. 156 v°; *V.* 124, n. 252.)

Ut s. — T. XVIII.

* **5072.** — *Petro, ep.o Prænestin.*, mand. ut resignationes canon. et præbendarum ecclesiarum Gebennen. et Maurianen. ex causa permutationis per Henricum Bertrandi et Joannem de Megiaco respective faciendas, recipiat, eosdemque canon. et præb. juxta hanc permutationem conferat. (*A.* 51, f. 165 v°; *V.* 124, n. 271.)

Ut s. — T. XII.

5073. — *Archiep.o Nicosien., et ep.o Nimocien.*, mand. ut audiant et decidant apud civit. Nicosien. causas quas Oddo, ep.us Paphen., habet cum mercatoribus de societate Bardorum, de Florentia, in insula Cypri morantibus, quibus b. m. Geraldus ep.us bona eccl. suæ usque summam 25,000 flor. auri de Florentia propter necessitatem obligavit. (*A.* 51, f. 143 v°; *V.* 124, n. 231.)

31 jul. (II kal. aug.) T. XII.

5074. — *Ep.o Valentin.*, mand. ut Petrum Scribam, can. eccl. Valentin., appellatione remota, compellat ad dimittendos redditus ei de bonis communibus capit. dictæ eccl. ab ep.o assignatos donec benef. competens esset assecutus, attento quod jam a quinque annis tale benef. possidet. (*A.* 51, f. 162 v°; *V.* 124, n. 265.)

2 (IV non.) *aug.* T. XVI.

5075. — *Archiep.o Auxitan.*, mand. ut prævia informatione corrigat insolentias et abusus in eccl. Vasaten. introductos circa comestiones quas capit. ejusd. eccl. in certis festivitatibus anni mera liberalitate dare consuevit nonnullis clericis Vasaten., qui festivis et aliis diebus cum superpelliciis et habitu clericali dictam eccl. in divinis officiis frequentant. Harum enim comestionum pretextu universitas Vasaten. mittit in dictis festis clericos, non secundum antiquum numerum, sed fere in duplo,

Datum *Avenione.*

ad devorandum substantiam dicti capit.; et, quod detestabilius est, omnes cujuscumque status, videlicet molendinarii, tonsores, carpentarii, mercatores pannorum et alii negotiatores quicumque, sumentes et manu levantes multa superpellicia totius di., cum hujusmodi mentito habitu accedunt ad convivia supradicta, et dum sunt in mensa clamant : *panes! vina!* et scultellas, tobaleas et alia ornamenta destruunt et omnia quæ possunt damna faciunt, minas quoque, injurias et vituperia canonicis inferunt. (*A.* 51, f. 169; *V.* 124, n. 276.)

11 (III id.) *aug.*; Gr.

5076. — Reservatio paroch. eccl. de Viveriis, Vauren. di., rectoris ipsius nomine non expresso, perinde valere debet ac si de nomine quond. Hugonis Armandi, ejusd. eccl. rectoris, mentio facta fuisset; non obstante litis pendentia causæ vertentis inter Raimundum de Solerio, rectorem eccl. de Mimeto, Aquen. di., capellanum ep.i Prænestini, de ipsa eccl. per P. P. provisum, ex una parte, et Gerardum de Motta, cler. Sarlaten. di., cui ep.us Vauren. dictam eccl. sub prætextu quod in dicta Vauren. di. alia eccl. de Viveriis seu de Vivariis nuncupata existit, de facto contulit, ex altera. (*A.* 51, f. 181 v°; *V.* 124, n. 295; cf. n. 5030.)

13 (id.) *aug.* T. XX.

5077. — *Archiep.o Strigonien., et ep.o Agrien.*, mand. ut Carolo, regi Hungariæ, præsentent litteras hortatorias eid. per P. P. directas, ut prædia, et castra, ac decimas et alia jura ad archiepiscopalem mensam Colocen. et Barchien. ecclesiarum canonice unitarum spectantia, quæ fuerunt non absque conniventia dicti regis indebite occupata et per laicalem potentiam detinentur dimitti faciat, ab ipsis archiep.o et ep.is tenenda. (*A.* 51, f. 184 v°; *V.* 124, n. 299.)

Ut s. — T. XVI.

5078. — *Ep.o Basilien., et præp. eccl. Curien., ac plebano Plebis s. Stephani Constantien.*, mand. ut relaxent juramentum Valtero, dicto Mayger, de Altstete, rectori eccl. in Celle, Joanni de Sternecke, militi, et Willelmo de Luterberc, armigero Constantien. di., a Conrado, abb. monast. in Salem, Cist. ord., ejusd. di., præstitum; nempe quod quamd. pecuniæ quantitatem eis solveret et quærimoniam non deponeret super eo quod ad Sed. Apost. veniens fuit per eosd. rectorem, militem et armigerum post injectionem manuum usque ad effusionem sanguinis captus, et per montes et devia de dicta di. extractus, ad curiam di. deductus, ac per decem hebdomadas carceri mancipatus. Mand. etiam ut publicent excommunicationem contra ipsos, donec præfato abb. res et bona ei ablata, ad valorem 60 march. arg. ascendentia, restituerint, et de injuriis competenter satisfecerint; instante procuratore ord. prælibati pro parte abbatum et conv. dicti ord. in partibus Alamanniæ consistentium. (*A.* 51, f. 189; *V.* 124, n. 307; Riezler, 1896.)

Ut s. — T. X.

5079. — *Archiep.o Januen., et ep.o Laudunen., ac abb. monast. s. Jacobi Leodien.*, mand. ut inhibeant capit. eccl. Leodien. ac nob. Theodorico, domino de Heisurberg, Leodien. di., ne, pendente lite coram P. P., super comitatu Lausensi in ead. di. constituto, vocato antiquitus Haspigan, ad Leodien. eccl. devoluto, alterutra partium in præjudicium alterius super administratione dicti comitatus attentet. (*A.* 51, f. 190; *V.* 124, n. 309; Riezler, 1897.)

Ut s. — T. X.

5080. — *Ep.o, et Fulconi de Chanaco, can., ac officiali Parisien.*, mand. ut personaliter citent Stephanum de Biccio, gerentem se pro generali mag. fratrum et Hospitalis supra fluvium de Roignon, novi ord. de Charitate B. M., Catalaunen. di., nec non Petrum de Bensevilla et Thomam Garin, ejusd. novæ religionis habitum deferentes, seque de dicto ord. Charitatis et interdum de tertio ord. s. Francisci temere nominantes, qui domum in civit. Rothomagen. per alios eorum complices dimissam clandestine intraverunt, oratoria ac altaria erexerunt, divina officia etiam cum nota, pulsatis campanis, inibi celebrando, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ Unctionis et alia

Datum *Avenione.*

sacramenta ministrando, ac in eccl. parochialibus civit. et di. Rothomagen. prædicando. Propter hæc autem in provinciali Rothomagen. concilio, in prioratu de Prato prope Rothomagum celebrato, excom. sententia innodati et excommunicati solemniter nuntiati fuerunt; quam sententiam damnabiliter per annum et amplius sustinuerunt, et adhuc sustinent animis induratis. Mand. etiam eisd. ut citent Rothomagen., Senonen. et Remen. archiep.os, ep.um Catalaunen., et alios suffraganeos eorumd. in quorum provinciis talia presumi dicuntur contra tenorem concilii Lugdunen., si iidem archiep.i et suffraganei sua crediderint interesse. (*A.* 51, f. 180; *V.* 124, n. 293.)

13 (id.) *aug.* T. X.

5081. — *Archiep.is et ep.is ad quos præsentes litt. pervenerint.* Capiatur contra Joannem, qui se gerit pro abb. monast. s. Sebastiani de Urbe, Cist. ord., et se dicit Apost. Sed. nuncium, quique ab ecclesiis et monasteriis ad quæ declinat quæ potest extorquet. (*A.* 51, f. 188 v°; *V.* 124, n. 306.)

16 aug. (XVII kal. sept.) T. XIV.

5082. — *Præp. Anagnino, et archipr. s. Fabiani de Monteregali, Reatin. di., ac Angelo de Amelia, can. Amelien.*, mand. ut Nicolucium de Monte Regali, mon. professum monast. s. Pauli extra muros Urbis, O. S. B., ad monast. Sublacen., ejusd. ord. et regulæ, transferant. (*A.* 51, f. 198 v°; *V.* 124, n. 325.)

18 aug. (XV kal. sept.) T. XVI.

5083. — *Archiep.o Compostellan.*, mand. ut, prævia informatione, faciat inviolabiliter observari sententias latas per Petrum ep.um Astoricen. contra incolas quorumd. locorum quæ Barrios de Salas vulgariter nuncupantur, in quibus eccl. Astoricen. plenum dominium in spiritualibus et temporalibus obtinet, tam clericos quam laicos, qui tanquam acephali volentes sine spirituali capite permanere, nullum sibi superiorem ep.um recognoscunt, quinimo nob. Petrum, filium Alphonsi regis Castellæ, in eorum dominum assumpserunt. (*A.* 51, f. 193; *V.* 124, n. 314.)

20 aug. (XIII kal. sept.) T. VI 1/2.

5084. — *Archiep.o Tarentasien.*, mand. ut Jacobum Joren, rectorem paroch. de Conches, Sedunen. di., ad omnes sacros ordines promovere studeat; attento quod ep.us Sedunen., dicti archiep.i suffraganeus, eidem rectori dimissorias recusavit, et ei dixit « quod si accederet apud Conches ubi prædicta eccl. ipsi apost. auctoritate collata existit,... in primo ponte quem transiret, in Rhodano faceret eum submergi, » et si notarium et testes secum duceret, « faceret eos præcipitari per saxum castri præfati. » (*A.* 51, f. 197 v°; *V.* 124, n. 324.)

23 aug. (X kal. sept.) T. XVIII.

5085. — *Ep.o Aversan.*, mand. ut ordinationem Joannis XXII quod religiosi ord. mendicantium in nullo conventu suo plures campanas habeant, sine Apost. Sed. licentia speciali, in suis civit. et di. faciat inviolabiliter observari, et specialiter per priorem et conv. fratrum Præd. Aversan. Transcribitur tenor dictæ constitutionis (II non. nov. dicti P. P. anni VIII). (*A.* 51, f. 230 v°; *V.* 124, n. 376.)

26 aug. (VII kal. sept.)

5086. — *Ep.o, et Joanni de Fleccheria, ac Joanni de Barbaria, canonicis Gebennen.*, mand. ut sequestrent fructus decanatus ruralis Seysiriaci, Gebennen. di., de cujus possessione coram mag. Oliverio de Cerzeto, decano eccl. s. Hilarii Pictavien., P. P. cap., auditoreque causarum primi gradus Palatii apostolici, inter Joannem de Chissiaco et Petrum de Campesieres, cler. dictæ di., lis orta est, et favore prædicti Joannis sententialiter terminata. (*V.* 123, n. 371.)

29 aug. (IV kal. sept.) T. X.

5087. — *Archiep.is, ep.is, etc.* Capiatur contra Joannem de Marchia, mon. monast. Morimundi, Cist. ord., Lingonen. di., qui se gerit pro ep.o, licet ep.us non existat. (*A.* 51, f. 195; *V.* 124, n. 318.)

30 aug. (III kal. sept.)

5088. — *Archiep.o Dublinen.*, mand. ut quæstionem quæ vertitur inter Joannem Cerney, ex parte una, et Radulphum, filium Stephani, clericos, ex altera, super perpet. vicaria eccl. de Baliscadan, suæ di., studeat celeriter terminare. (*V.* 123, n. 373; Theiner, *Mon. Hib.*, n. 542.)

Datum *Avenione*.

31 aug. (II kal. sept.

5089. — *Joanni, ep.o Anagnin., P. P. in Urbe vicario, et Joanni Piscis, altarario basil. Principis Apost. de Urbe,* mand. ut inquirant et referant de eccl. Urbis carentibus rectoribus seu aliis ministris. (*V.* 123, n. 372.)

13 (id.) *sept.* T. XVI.

5090. — *Nob. senescallus Vasconiæ pro Eduardo rege Angliæ, vel ejus locumtenens* hortatur ut nob. Amaneum de Fossatis, mil. Agennen. di., et ejus complices compellat ad relaxandum Gaufridum Durandi, priorem de Alayraco, Clun. ord., Condomien. di., ejusque socios et familiares, quos ausu sacrilego, non sine manuum injectione cepit et carcerali custodiæ mancipavit, eos equis et vestibus nequiter spoliando. (*A.* 51, f. 217; *V.* 124, n. 355.)

Ut s. — T. XVI.

5091. — *Archiep.o Tolosan., et ep.o Agennen., ac abb. monast. Moisiacen., Caturcen. di.,* mand. ut præfatum militem et ejus complices per censuram eccl., appellatione postposita, compellant ad liberandum priorem antedictum, ejusque socios et familiares, eosque excommunicatos publice nuncient, donec satisfecerint competenter et ad Sed. venerint Apost. (*A.* 51, f. 219; *V.* 124, n. 356.)

Ut s. — T. XVI.

5092. — *Ep.o Carcassonen.*, mand. ut, si Guillelmus, ep.us s. Papuli, neglexerit vel nimis distulerit adimplere mand. P.P., ut nullis de cætero in Castronovo de Arrio, s. Papuli di., vel aliis locis scholas concedat, nisi velint legere, vel regere per se ipsos, et cuicumque idoneo docere volenti gratis licentiam concedat, ipse ep.us Carcasson. dictum mand. sine mora exsequatur; instantibus consulibus et habitatoribus dicti loci Castrinovi, ubi sunt loca fratr. Min. et Carmelit., in quibus et quolibet ipsorum L fratres residere consueverunt. In dicta enim villa « antequam episcopatus S. Papuli foret institutus, semper fuerat et erat unus idoneus magister in artibus saltem licenciatus, qui legebat grammaticalia et logicalia, et ibidem propter bonitatem ejusd. Castrinovi et abundantiam fructuum ejus, plurimi pauperes scolares de diversis nationibus veniebant, qui receptabantur in hospitiis divitum inibi et pueros instruebant... » Sed postea « Guillelmus, ep.us S. Papuli, ab octo annis citra quibus præfuit ecclesiæ s. Papuli, scolas ejusd. Castrinovi successive suis medicis contulit, qui non legebant nec regebant per se ipsos scolas easdem, sed per insufficientes bacallarios in artibus conductitios, quos ad dictarum scolarum regimen deputarunt; propter quod studium consuetum pro majori parte ibi annichilatum fuit... » (*A.* 51, f. 223; *V.* 124, n. 362.)

Ut s. — T. XIV.

5093. — *Epo. s. Papuli* mand. ut præmissa in præcedenti littera contenta exsequatur. (*A.* 51, f. 223 v°; *V.* 124, n. 363.)

Ut s. — T. XX.

5094. — *Mediolanen., et Januen., ac Pisan. archiep.i, eorumque suffraganei, nec non electi, abbates, priores, et alii ecclesiarum prælati sæc. et regul., ipsorumque capitula et conventus quorumcumque ordinum, exempt. et non exempt., ac duces, comites, universitates per Mediolanen., et Januen., ac Pisan. civit., di., ac provincias constituti,* hortantur ut securum conductum concedant abbatibus, prælatis et personis ord. Monachorum Nigrorum accedentibus ad provinciale capit. in proximo celebrandum secundum statuta per P. P. in dicto ord. edita. (*A.* 51, f. 199 v°; *V.* 124, n. 327.)

Ut s. — Gr. pro card.

5095. — *Patriarchæ Aquilejen.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Joannes de Bellasio, miles Tridentin. di., 100 libras monetæ ibid. currentis propria temeritate extorsit a nuncio quem Mathæus, s.s. Joannis et Pauli pr. card., ad monast. s. Laurentii Tridentin., O. S. B., quod idem card. obtinet in commendam, destinavit, et mala malis accumulans, quemd. equum cepit, famulum per capillos ad terram prostravit, alia damna et injurias dicto monast. frequenter irrogando. (*A.* 51, f. 219 v°; *V.* 124, n. 357.)

Datum *Avenione.*

13 (id.) *sept.* T. X.

5096. — *Priori et capit. generali Cartusien.*, mand. ut quasdam compositiones olim habitas inter eos et priorissam ac conv. s. Andreæ de Rameria et Pratibajonis, ejusd. ord., Vasionen. di., circa institutionem vicarii cujusd. in dictis monasteriis, faciant inviolabiliter observari, quodque a novitatibus et gravaminibus nuper per priorem et capitulum prædictos instauratis abstineant. (*A.* 81, f. 157; *V.* 123, n. 386.)

Ut s. — T. X.

5097. — *Archiep.o Viennen., et Valentin. ac Vivarien. ep.is cæterisque suffraganeis eccl. Viennen.*, mand. ut usurarios manifestos de civitatibus et di. suis expellant, juxta statutum Gregorii X in concilio Lugdunen. editum. (*A.* 51, f. 225; *V.* 124, n. 367.)

Ut s. — T. XII.

5098. — *Archid. Poznanien.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod ep.us Caminen. indebite occupavit certam partem di. Wladislavien. in qua duæ parochiæ ac XXXVII villæ campestres existunt, in cujus quidem partis possessione pacifica tam Mathias, Wladislavien. ep.us, quam prædecessores ejus per XL annos et amplius extiterunt, et in ea censum Eccl. Rom. debitum, qui denarius b. Petri dicitur, idemque Mathias decimam sexennalem impositam in concilio Viennen. pro dicta R. E. collegerunt. (*A.* 51, f. 220; *V.* 124, n. 339; Theiner, *Mon. Pol.* I, n. 524; Riezler, 1901.)

20 sept. (XII kal. oct.) T. XVI.

5099. — *Guillelmo Medici, can. Ilerden.*, mand. ut bona quond. Bernardi Tardivi, decani eccl. s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di., per Joannem XXII Cameræ Apost. reservata, et sub manu apost. posita, integraliter recipiat, debita et legata solvendo servitoresque remunerando. (*A.* 51, f. 232; *V.* 124, n. 379; et 132, n. 279; Daumet, *B. XII*, 364.)

26 sept. (VI kal. oct.) T. XX.

5100. — *Olenen. et Coronen. ep.is, ac Gerardo de Buccaderena, decano Concordien.*, mand. contra nob. Bertrandum de Baucio, bajulum principatus Achaiæ pro Catharina, imperatrice Constantinopolitan., qui ad *dispotatum* Græciæ ire volens, per civit. Patracen. velut amicus transivit et honorifice receptus fuit; et deinde versus Neopantum in via reperiens multitudinem hominum armatorum sibimet de Morea missorum, cum eisdem ad civit. rediit supradictam, et in ea terribilem concitavit rumorem, ex quo, suborta turbatione, repente dicti homines per civit. cucurrerunt ad prædam, quinque de civibus crudeliter interfectis; quibus sic detestandis supradictus bajulus non contentus, sed volens retributionem illam quam juxta vulgare proverbium : *mus in pera, serpens in gremio, et ignis in sinu*, suis consueverunt hospitibus exhibere, ad offensam eccl. Patracen., Sed. Apost. immediate subjectæ et proprio pastore destitutæ, castrum dictæ civit. eidem eccl. pleno jure pertinens obsedit fortiter ad expugnationem aspirans. (*A.* 51, f. 231; *V.* 124, n. 377.)

1 (kal.) *oct.* T. XVI.

5101. — *Archiep.o Nicosien.*, mand. ut ad. monast. s. Theodori Nicosien., Cist. ord., se personaliter conferens, illud hac vice auctoritate apost. in capite et in membris studeat visitare, corrigere et reformare, ac in eo recipi facere personas idoneas in monachas, tot quot poterunt ex facultatibus ejus commode sustentari. Moniales enim ibidem degentes ad novenarium numerum redactæ sunt et sic excrevit earum inhonestas et rebellio quod plurimæ abbatissæ deseruerunt monast.; instante Elisabeth, ejusd. monast. abbatissa, cujus officium impediunt abbates et monachi monast. Belliloci Nicosien., ejusd. ord., dicto monast. s. Theodori contiguitate conjuncti, qui dissipationi et dissolutioni magnam causam præstant. (*A.* 51, f. 265; *V.* 124, n. 443.)

6 (II non.) *oct.*

5102. — *Abb. monast. Saxivivi, Fulginaten. di., et rectori ducatus Spoletani*, mand. ut inquirant et referant de valore castri Montisalti, Castren. di., ad Rom. Eccl. et Neapoleonem diac. card. pro indiviso spectantis, et an expediat utilitati Rom. Eccl. facere divisionem dicti castri inter eam et card. prædictum. (Cassata de mandato. — *A.* 81, f. 161; *V.* 123, n. 375; Theiner, *Cod. dipl.*, II, n. 48.)

Datum *Avenione*.

6 (II non.) *oct.*

5103. — *Eisdem* mand. ut inquirant et referant si tempore donationis factæ dicti castri Montisalti dicto Neapoleoni, card., et Urso de Ursinis, nep. suo, commune ipsius castri erat in pacifica possessione exercitii meri et mixti imperii ejusd. castri ; sciendum est enim quod officiales apostolici Patrimonii b. Petri in Tuscia pro Rom. Eccl. medietatem dicti castri administrantes quin hoc exercitio dictus cardinalis gaudeat impediunt. (Cassata de mandato. — *A.* 81, f. 161 v°; *V.* 123, n. 376; Theiner, *Cod. dip.* II, n. 49.)

8 (VIII id.) *oct.*

5104. — *Archiep.o Bisuntin.*, mand. ut recipiat juramentum a Joanne, ep.o Basilien., eccl. Argentin. administratore per Sed. Apost. deputato, de restituendis munitionibus et castris Bertoldo, ep.o Argentin., ejus consanguineo, per quosdam viros sacrilegos capto et detento in carcere, cum libertati pristinæ fuerit restitutus. (*A.* 81, f. 82, *fragm.*; *V.* 123, n. 381; Riezler, 1905.)

Ut s. — T. XXX.

5105. — *Eidem archiep.o Bisuntin.*, mand. ut pro liberatione Bertoldi, ep.i Argentin., contra Conradum Kirkel, thesaur. et can. ejusd. eccl. et contra sacrilegos complices qui ep.um prædict. in quadam sua villa Haselach nuncupata morantem et in lecto nocturno tempore decumbentem, ceperunt et ad quædam dicti Conradi castra duxerunt, et ibi adhuc detinent, excom. sententia adversus eos publice promulgata, rigorose procedat, archiep.orum, ep.orum, ac nobilium vicinorum auxilio invocato. (*A.* 81, f. 82; *V.* 123, n. 382.)

Ut s. — T. XX.

5106. — Committitur administratio eccl. Argentin. in spiritualibus et temporalibus *Joanni, ep.o Basilien.*, consang. Bertoldi prædicti ep.i. (*A.* 81, f. 106; *V.* 123, n. 383; Riezler, 1905.)

Ut s. — T. XII.

5107. — Provisio ac ordinatio eccl. Argentin., cum per obit. Bertoldi, ep.i, vel alio modo vacaverit, Sed. Apost. reservatur. (*A.* 81, f. 146 v°; *V.* 123, n. 274; Riezler, 1906.)

15 (id.) *oct.*

5108. — *Ep.o Agrien.*, mand. ut quasdam abbatias Hungariæ, O. S. B., et quemdam priorat. ejusd. ord. quæ detinent indebite occupata quidam apostatæ ord. mendicantium et Alben. ep.us reformet, dictos detentores expellendo, et in eis ponendo competentem numerum monachorum. (*V.* 123, n. 377; Theiner, *M. Hung.* I, n. 928.)

20 oct. (XIII kal. nov.) T. X.

5109. — *Universis suffraganeis eccl. Colonien.*, mand. ut Valrano, ep.o Colonien., « super manutenendis et conservandis » juribus suis favorabiliter assistant. (*A.* 51, f. 257; *V.* 124, n. 423; Riezler, 1911.)

22 oct. (XI kal. nov.) T. XVI.

5110. — *Gasberto, archiep.o Arelaten., et Joanni, ep.o Avenion., P. P. thesaur.*, mand. ut Pastorem, electum Assisinaten., non impediant quominus percipiat fructus eccl. suæ tempore novissimæ vacationis ad Cameram apost. pertinentes, et ipsi per P.P. donatos. (*A.* 51, f. 256 v°; *V.* 124, n. 421.)

Ut s. — T. XVI.

5111. — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia*, mand. ut, visa et diligenter examinata informatione per eum de mandato P.P. recepta et ad Sed. Apost. transmissa, faciat justitiæ complementum super eo quod dudum abb. et conv. monast. s. Martini in Montibus prope Viterbium recepit et habuit de pecunia decimæ dictæ Sedis usque ad summam 600 flor. auri quos postmodum quond. Silvester Gattus, de Viterbio, civitatem et monast. prædicta tyrannice occupans, adsportavit, castrum s. Salvatoris ad præfatum monast. pertinens ignis incendio concremando ; nec non super eo quod de magna parte dictæ pecuniæ fuerat certis thesaurariis pro ead. Sede satisfactum et b. m. Raynerius, s. M. in Cosmedin diac. card., olim in eodem Patrimonio et aliis provinciis P.P. vicesgerens, receperat mutuo pro negotiis R. E. 4,092 lib. Senen. (*A.* 51, f. 261; *V.* 124, n. 433; *Bull. Basil. Vat.* I, p. 303.)

Datum *Avenione.*

23 oct. (x kal. nov.) T. X.

5112. — *Archiep.o Beneventan., et ep.o Lesinen., ac abb. monast. s. Sophiæ Beneventan.*, mand. pro abb. et conv. monast. s. Viti de Trineo, Cist. ord., Theatin. di., contra Bartholomæum, ep.um Termulen., olim abb. ipsius monast., « qui monasterio et ord. supradictis non retribuens, ut tenebatur, bona pro bonis, sed pro bonis mala potius recompensans, libros, pecunias, vasa argentea, equos, asinos, lectos et alia bona mobilia ipsius monast. ad val. 500 unciarum auri... ad episcopatum Termulen. nequiter adsportavit. » (*A.* 51, f. 257 v°; *V.* 124, n. 425.)

29 oct. (iv kal. nov.) T. XVIII.

5113. — *Petro de Monte Spertuli, archid. de Lunatio Biterren., et Guidoni Guidonis, U. J. prof., præcent. Lodoven.*, mand. ut informationem per ipsos factam (super eo quod Franciscus Juliani et Michael de Parietibus, cler. Biterren. di., aliique perditionis filii, tempore Joannis XXII per litteras falsas et proditorias tam dicto P. P. quam quibusd. sibi assistentibus falso et mendaciter intimarunt Guillelmum, ep.um Biterren., quasdam imagines cereas baptizatas contra Joannem P. P. et ejus vitam fabricasse, ac commisisse maleficia circa illas), per P. P. examinatam et eis transmissam complentes, tandem adhibitis sapientibus hominibus, sententiam exhibere studeant solemniter et publice, culpabilibus pœnas debitas imponendo, ut cæteris transeat in exemplum. (*A.* 51, f. 250; *V.* 124, n. 412; et 132, n. 343; Daumet, 371.)

Ut s. — Gr. pro socio.

5114. — *Archiep.o Rothomagen.*, mand. ut audiat et appellatione remota decidat causam vertentem inter mag. Petrum Ascelini, dictum de Rivo, rectorem paroch. eccl. s. Genovefæ in Braio, Rothomagen. di., P. P. script., ex una parte, et abb. et conv. monast. Bellibecci, Cist. ord., dictæ di., prope dictam eccl. fundati et ædificati, ex altera, super perceptione decimarum ejusd. eccl. (*A.* 51, f. 269 v°; *V.* 124, n. 450.)

31 oct. (ii kal. nov.) T. XIV.

5115. — *Abb. monast. de Monte s. Eligii, alias s. Eligii in Monte, et priori s. Salvi prope Valencenas, ac decano eccl. de Lehuno* (?) *in Sanguineterso, Atrebaten., Cameracen. et Ambianen. di.*, mand. ut procedant ad ulteriora in informatione per P. P. ordinata in causa vertente inter Raimundum, ep.um Morinen., ex una parte, et decanum ac capit. eccl. Morinen., ex altera, super jurisdictione et correctione ad dictum ep.um pertinente, a qua ipsi decanus et canonici exemptos se prætendebant. (*A.* 51, f. 251; *V.* 124, n. 414.)

4 (ii non.) *nov.* T. XX.

5116. — *Sacristæ eccl. Ebredunen.*, mand. ut hospitale seu eleemosynariam pauperum de Caturicis, Ebredunen. di., ad manum P. P. recipere, ac fructus ejusd. sequestrare procuret; attento quod castellanus de Rama, filius quond. Joannis de Rama, militis dictæ di., dictum hospitale contra statutum Viennen. concilii per sui potentiam detinens in præfixo ipsi termino et post etiam diutius exspectatus coram P. P. personaliter comparere contumaciter non curavit. (*A.* 51, f. 263 v°; *V.* 124, n. 438.)

6 (viii id.) *nov.* T. XVI.

5117. — *Archiep.o Ebredunen., et ep.o Leodien., ac abb. monast. Bellireditus Leodien.*, mand. ut citent personaliter Vinricum, abb. monast. Stabulen., O. S. B., Leodien. di., qui « non tamquam hospes sed hostis, non ut dominus sed tyrannus, cum ingenti multitudine armatorum equitum et peditum..., eques armatus ad modum laici..., vexillo explicato..., ad villam Stabulen., ad præfatum monast. spectantem..., hostiliter accessit, » et homines ejusd. villæ in fortalitiis dicti monast. reductos capere conatus fuit, diversos cum armis sagittando, unum ex illis interficiendo, multos graviter vulnerando, bona quæ in domibus remanserant rapi faciendo, mulieres etiam in puerperio existentes de lectis propriis expellendo, et certam partem ipsius villæ incendio supponendo. (*A.* 51, f. 271; *V.* 124, n. 452.)

12 (ii id.) *nov.* T. X.

5118. — *Præp. Gurcen., ac ejusd. et s. Virgilii de Infrisaco, Salzeburgen. di., eccl. de canis*, mand. ut procedant in negotio collationis paroch. eccl. dictæ in Phar, sitæ in

Datum *Avenione.*

Longau, Salzeburgen. di., vigore gratiæ exsp. faciendæ favore Jacobi Hainrici, dicti Cretsen, pauperis pr. Salzeburgen. (*A.* 51, f. 280 v°.)

14 nov. (XVIII kal. dec.) T. X.

5119. — *Ep.o Suessionen.*, mand. ut licentias seu dispensationes de non residendo per ipsum rectoribus et curatis sine rationabili causa concessas indilate studeat effectualiter revocare, nullas alias nisi in casibus a jure expressis concessurus; instante Philippo de Vitriaco, archid. Briæ in eccl. Suessionen., qui raro invenit in dicto archidiac. rectorem in eccl. sua residentem. (*A.* 51, f. 277; *V.* 124, n. 463.)

22 nov. (X kal. dec.) Gr. pro Deo.

5120. — *Ep.o Paphen.*, mand. ut Georgio de Cypro, priori et can. monast. s. M. de Episcopia, Præm. ord., contra Geraldum abb. dicti monast. et Heliam archiep.um Nicosien., faciat justitiæ complementum. Dictus enim abbas ob appellationem ab ipso Georgio et canonicis dicti monast. ad Sed. Ap. interpositam contra quasdam ordinationes in dicto monast. per Heliam archiep.um innovatas, præfatum Georgium ex abrupto duris carceribus mancipavit, in quadam fovea retinuit per quatuor menses compedibus et manicis alligatum, ipsi per XL dies panem et aquam dumtaxat faciens ministrari. (*A.* 81, f. 157; *V.* 123, n. 387.)

28 nov. (IV kal. dec.) T. XXII.

5121. — *Archid. de Arostano Tarvien., et Bertrando Malisanguinis, Massilien., ac Petro de Luco, Oloren. canonicis*, mand. ut ad audientiam P. P. citent Guillelmum Arnaldi de Aldegariis, archid. Larvallen. et camerarium eccl. Lascurren., Petrum de Casalibono, archid. Vallisveteris, Menaldum de Sausoniis, sacristam, Raimundum de Nadoos, priorem de Artesio, canonicos ejusd. eccl., qui spretis Joannis P. P. litteris quibus Peregrinum de Podio, rectorem parochialium de Portello et de Diuse, Lascurren. di., providebat de canon. et præb. eccl. Lascurren., spretis etiam tribus sententiis postmodum per auditores apost. Palatii, in primo, in secundo et in tertio gradibus, et in favore dicti Peregrini prolatis, immo excommunicationis in personas contumacium, et interdicti in capit. et eccl. prædict. sententiis, per Radulphum de Antoyra, can. Baiocen., exsecutorem apost., pronuntiatis et publicatis, adhuc apostolicis mandatis inobedientes existunt. (*A.* 81, f. 160 v° et 162; *V.* 123, n. 393.)

Ut s. — T. X.

5122. — *Archiep.o, et præp., ac capit. Tolosan.*, mand. ut statuta Innocentii III et Honorii III observantes, in eorum eccl unum magistrum theologum deputent, eidem unius præb. fructibus assignatis. (*A.* 81, f. 106 v°; *V.* 123, n. 384; Fournier, *Statuts et privil. des Univ. franc.* I, n. 592.)

Ut s. — T. X.

5123. — *Prioribus b. M. Deauratæ Tolosanæ, et s. Christinæ, ac Bernardo Hugonis de s. Artemia, can. Tolosan.*, mand. ut de quibusd. redditibus et domibus quorumd. dispositione fidelium usui scholarium pauperum Tolosani studii deputatis inquirant et referant veritatem. (*A.* 81, f. 106 v°; *V.* 123, n. 385.)

1 (kal.) *dec.* T. VIII.

5124. — *Ep.o Biterren.* mand. ut expensas factas pro cursoribus et nuntiis apost. per Guillelmum, abb. monast. Anianæ, O. S. B., Magalonen. di., faciat per Magalonen. ep.um debite compensari. (*A.* 81, f. 160 v°; *V.* 123, n. 392.)

Ut s. — T. XVI.

* **5125.** — *Ep.o Segobricen., et præcent. Valentin., ac Petro de Arassal, can. Segobricen.*, mand. ut observari faciant ordinationem per P. P. Geraldo, ministro generali ord. Min., demandatam circa monast. monialium ord. s. Claræ in villa Xativæ, Valentin. di., de novo constructum, et juxta intentionem Saurinæ de Lauria, Petri, regis Aragonum, consanguineæ, ejusd. monast. fundatricis, de monialibus regni Valentiæ et non alterius nationis collegiandum; in quo ipse generalis minister disposuit ut de decem monialibus Dertusen. provideretur, ex quo plures circa electionem abbatissæ sunt exortæ controversiæ. (*A.* 51, f 318; *V.* 124, n. 537.)

10 (IV id.) *dec.* T. XX.

* **5126.** — *Archiep.o Salzeburgen.*, mand. ut Conrado, ep.o Frisingen., contra Leutoldum, præpositum eccl. Frisingen., regentem comitatus Schowemberg, qui fultus

Datum *Avenione.*

præsidiis Ludovici Bavari, cui adhæsit et adhuc adhæret, castra, bona et jura ipsius eccl. et dicti ep.i occupavit, jurisdictionem temporalem spectantem ad dictum ep.um sibi appropriando, necnon contra nonnullos canonicos dictæ eccl. ac quosdam abbates, præpositos et capitula dictarum partium ejus sequaces, faciat justitiæ complementum. (*A.* 81, f. 157 v°, *fragm.*; *V.* 123, n. 388; Riezler, 1920.)

12 (II id.) *dec.* T. XII.

5127. — *Ep.o Massilien.*, mand. ut compellat Petrum de Columna, præp. Massilien., qui in partibus Romanis domicilium elegit et jam per xx annorum spatium et amplius non curavit in ead. eccl. residere, ut faciat residentiam personalem, seque faciat ad sacerdotium promoveri. (*A.* 81, f. 160; *V.* 123, n. 391.)

13 (id.) *dec.* T. VIII.

* **5128.** — *Præp. s. Mariæ ad Falcorinum Mediolanen., et de Segrate, Mediolanen. di., ac Jacobo de Vicecomitibus, can. majoris Mediolanen. eccl.*, mand. ut citent personaliter Robertum archipr.um, Guidonem et Robertum de Vicecomitibus, ac Ambrosium de La Mairola, asserentes se canonicos eccl. Mediolanen., qui induratis animis diversas excom. sententias damnabiliter sustinentes Jacobum de Cuticis, ejusd. eccl. can., per Joannem XXII provisum, recipere nolunt. (*A.* 51, f. 288 v°; *V.* 124, n. 485.)

Ut s. — T. XX.

5129. — *Archid.is de Nontronio et de Malamorte in eccl. Lemovicen., ac officiali Lemovicen.*, mand. ut Iterio de Malaxolis, archid. Brageriaci in eccl. Petragoricen., de quibusdam rectoribus archidiaconatus de Bellovidere, in di. Sarlaten. noviter per Joannem XXII erecta existentis, et archidiaconatui Brageriaci canonice et ab antiquis temporibus annexi, denegantibus debitas sibi procurationes ratione visitationis, deque archipresbiteris de Palayraco et de Andrico, ruralibus, Sarlaten. di., in dicto archidiac. de Bellovidere consistentibus, ipsi jura quædam denegantibus, faciant justitiæ complementum. (*A.* 81, f. 159 v°; *V.* 123, n. 390.)

Ut s. — T. XVIII.

* **5130.** — *Corisopiten. et Veneten. ep.is*, mand. ut Joannem, ducem Britanniæ, requirant et moneant ut bona nob. Hervei, domini de Trevalloet, Corisopiten. di., per sæc. curiam ablata et sequestrata, (occasione causæ vertentis inter eumd. Herveum et Yvonem Bosec, ipsius familiarem, Leonen. di., ex una parte, et Joannem Aufredi, ord. Præd., inquisitorem hær. prav. et ejus vicarium in provinc. Turonen. ex altera; vide n. 2304) spoliatis restituat. In reliquis autem mand. ut, juxta eis transmissarum continentiam litterarum, procedant : depositiones testium et confessiones illorum, qui præmissorum occasione dicuntur fuisse combusti, vel in carceribus mortui, ad Sed. Apost. mittendo. (*A.* 51, f. 298 v°; *V.* 124, n. 503; cf. n. 2304, 3943, 5059.)

17 dec. (XVI kal. jan.)

5131. — *Rogerio de Vintrono, archid. Conchen., Ruthen., Campaniæ Maritimæque, et Hugoni Augerii, Patrimonii b. Petri in Tuscia rectoribus, ac Joanni Piscis, Narbonen. canonicis, locatenentibus senatorum Urbis*, mand. ad petitionem Neapoleonis, s. Adriani di. card., exsecutoris testamenti Gentilis Clerici, filii et hæredis Francisci Mathæi Rubei de filiis Ursi, de Urbe, ut hæreditatem ipsius Gentilis, nomine et ad opus posthumi Joannis, fratris et hæredis ipsius Gentilis, faciant custodiri et a Jordano Poncelli, de Urbe, et fratribus suis, qui bona præfata post obitum dictorum Gentilis et Joannis detinuerunt recipiant. (*A.* 81, f. 159, *fragm.*; *V.* 123, n. 389.)

1 (kal.) *jan. 1338.* T. XX.

5132. — *Præposito et conv. monast. s. Salvii, O. S. A., nec non priori Præd. et guardiano Min. Albien., eorumque fratribus*, mand. ut in omnibus solemnibus processionibus ad cathedralem eccl. accedant, juxta ordinationem nuper per P. P. editam; cum cassat. quarumcumque appellationum, compositionum, consuetudinum, transactionum, exemptionum et quorumvis privilegiorum et indulgentiarum in contrarium facientium. (*A.* 51, f. 292; *V.* 132, n. 383; 124, n. 493; Daumet, n. 390.)

Ut s. — T. XX.

5133. — Mand. pro exsecutione præinserti mandati *ep.o Ruthenen., abbatibus Gal-*

Datum *Avenione.*

liaci et Bonæcumbæ, Albien. et Ruthenen. di., directum. (*A.* 51, f. 293; *V.* 132, n. 384; 124, n. 494; Daumet, n. 391.)

2 (IV NON.) *jan. 1338.* T. XII.

5134. — *Ad perpet. rei mem.* Revocatio omnium concessionum et alienationum quorumcumque bonorum et jurium eccl. Albien. ad mensam episcop. spectantium a XXV annis citra per prædecessores Guillelmi, ep.i Albien., contra formam juris factarum (*A.* 51, f. 295 v°; *V.* 132, n. 385; 124, n. 498; Daumet, n. 392.)

Ut s. — T. XVI.

5135. — *Ep.o Carcassonen., et abb. monast. Bonæcumbæ, Ruthenen. di., ac præp. eccl. Tolosan.*, mand. ut publicent prædictam revocationem. (*A.* 51, f. 298; *V.* 132, n. 386; 124, n. 502; Daumet, n. 393.)

6 (VIII id.) *jan.*

5136. — *Arben. et Auserien. ep.is, ac abb. monast. s. Petri Arben.*, mand. ut Joannem, ep.um Signen., ord. Eremit. S. A., post obit. Georgii, a Joanne XXII promotum, et in curia Rom. consecratum, inducant in corporalem possessionem eccl. Signen., amoto Bernardo, abb. monast. s. Georgii, O. S. B., Signen. di., a capit. Signen. electo, per archiep.um Spalaten., metropolitanum, consecrato, et per violentiam post et contra promotionem Joannis prædicti intruso. Ipse enim intrusus ac Duimus et Bartholomæus, comites Veglæ, dominantes civit. Signen., eidem Joanni ep.o minatorie ac terribiliter intimarunt ut si auderet civit. et di. ingredi periculum incurreret sævæ mortis. Illi vero ab eodem ep.o in civit. Arben. existente excommunicati fuerunt, sed sententias in eos latas per triennium sustinuerunt animis induratis. (*A.* 52, f. 162; 81, ff. 162 et 107; *V.* 123, n. 395; Theiner, *Mon. Slav. Merid.* I, n. 260.)

7 (VII id.) *jan.*

5137. — *Archiep.o Spalaten.*, mand. ut Joannem ep.um Signen., Georgii successorem, apost. auct. designatum, tamquam suum suffraganeum favorabiliter recipiat et pertractet, ipsique faciat ab omnibus subditis suis debitam reverentiam et obedientiam exhiberi, Bernardo, intruso, ab occupatione Signen. episcopatus amoto. (*A.* 81, f. 27 v°; *V.* 123, n. 28.)

Ut s.

5138. — *Clero et populo civit. et di. Signen.*, mand. ut intendant et obediant monitis et mandatis ejusd. Joannis, ep.i, et ab obedientia Bernardi intrusi sine mora resiliant. (*A.* 81, f. 27 v°; *V.* 123, n. 29; Theiner, *Mon. Slav. Mer.* I, n. 262.)

Datum *Avenione*.

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI III (1337)

21 jan. (XII kal. feb.)

5139. — *Archiep.o Narbonen., ejusque suffraganeis*, mand. ut a collectione et exactione decimæ sexennalis a Joanne XXII pro Passagio generali Terræ Sanctæ per Philippum reg. Franciæ suscipiendo impositæ omnino abstineant, attento quod idem rex adeo fuit impeditus ut in termino præfixo iter non arripuit ad hujusmodi passagium prosequendum. (*A*. 51, f. 343; *V*. 124, n. 2 *de cur.*; Daumet, n. 260.)

Ut s.

5140. — Mand. similia diriguntur *Bituricen., Senonen., Lugdunen. et Burdegalen. archiep.is eorumque suffraganeis*. (*A*. 51, f. 344; *V*. 124, n. 3, 4 et 24 *de cur.*)

2 (IV non.) *feb.*

5141. — Receptio monialium monast. Fontis Ebraudi, Pictavien. di., ac personarum aliarum subditarum monast. memorato (a quibus pro statu, correctione et reformatione dicti monast. et membrorum suorum veritas fuerit indaganda), sub Sed. Ap. protectione, ne minis vel terroribus ad occultandam veritatem inducantur. (*A*. 49, f. 419; et 51, f. 343; *V*. 124, n. 1, *de cur.*; cf. n. 5047 ; Daumet, n. 265.)

13 (id.) *feb.*

5142. — *Archiep.is Arelaten. et Viennen., et suffraganeis suis*, mand. ut circa decimas per eos exactas de benef. infra regnum Franciæ constitutis mandatum Joannis XXII diligenter observent. (*V*. 123, n. 5, *de cur.*; Daumet, n. 271.)

20 feb. (X kal. mart.)

5143. — *Paci, ep.o Tergestin.*, ord. Præd., mand. ut infra certum terminum cum quibusd. processibus factis per ipsum, dum inquisitor erat in provincia Lombardiæ superioris, contra Mathæum de Vicecomitibus, de Mediolano, et quosdam alios Mediolanen., Novarien., Bergamen., Cremonen., Cuman., Vercellen., et quarumdam aliarum civitatum cives, apud Sed. Ap. compareat. (*V*. 123, n. 1, *de cur.*; Riezler, 1871.)

Ut s.

5144. — *Jordano, ep.o Bobien.*, qui una cum Aycardo archiep.o Mediolanen. et Pace ep.o Tergestin., tunc in minori officio constituto, inquisitor hær. prav. in dictis partibus deputatus fuerat, mandatur idem. (*V*. 123, n. 2, *de cur.*)

Ut s.

5145. — *Aycardo, archiep.o Mediolanen.*, mand. idem. (*V*. 123, n. 3, *de cur.*; Wading, *An. min.*, VII, p. 208.)

14 (II id.) *mart.*

5146. — *Ubertino de Carcano*, de Mediolano, servienti apost., conceditur littera securi conductus. (*V*. 123, n. 4, *de cur.*)

15 (id.) *maii.*

5147. — *Archipr.is de Thoano et de Monalena, de Prato, Regin. di.*, mand. ut moneant et compellant Thomassinum de Soliano, præp. eccl. s. Quirini de Corrigia, dictæ di., intrusum, ad dimittendum episcopatum Regin. Rolando Regin. electo, infra quindecim dies, sub pœnis excom. et suspensionis; quodque potestatem, consilium, commune civit. ejusdem et Nicolaum de Soliano, patruum, ac Guidonem Recii, Gilber-

Datum *Avenione.*

tum, milites, Guillelmum et Joannem de Soliano, domicellos, fratres dicti Thomassini, et quoslibet alios fautores et valitores ejus moneant, sub eisdem pœnis, ut ab illius favore omnino desistant. (*V.* 123, n. 6, *de cur.*)

25 maii. (VIII kal. jun.)

5148. — *Canhardo de Sabalhano*, can. Riven., rectori Marchiæ Anconitan., mand. ut processus dudum per Laurentium de Mondaino, ord. Min., olim in Marchia inquisitorem hær. prav. contra Lippacium et Andream milites Auximan. habitos, quanto citius ad P. P. studeat destinare. (*A.* 51, f. 345; *V.* 124, n. 5, *de cur.*)

Ut s.

5149. — *Eidem* mand. ut citet personaliter antedictos milites, ac Laurentium de Ancona, ejusd. ord., inquisitorem hær. prav., qui dictos processus ac sententiam a præfato Laurentio de Mondaino latam, per quam dictos milites tanquam hæreticos condemnaverat, eorumque bona omnia pro Rom. Eccl. confiscaverat, « in irritum revocavit. » (*A.* 51, f. 345; *V.* 124, n. 6, *de cur.*)

2 (IV non.) *jun.*

5150. — *Abb. monast. s. Thomæ, et priori s. Gabrielis, ac præp. eccl. s. Agathæ Cremonen.*, mand. ut citent personaliter Thomasium, abb. monast. s. Petri de Pado Cremonen., O. S. B., sub pœna amissionis et privationis abbatiæ suæ, ex eo quod ipse in curia Rom. existens et a Petro, ep.o Prænestin., de mand. P. P. vocatus ratione excessuum super quibus delatus extiterat, comparere non curavit. (*A.* 51, f. 346 v°; *V.* 124, n. 7, *de cur.*)

19 jul. (XIV kal. aug.)

5151. — *Capit. Lugdunen.*, mand. sub certis pœnis ut Berengarium Merolli et Guillelmum de Mansestria, Tolosan. et Lichefelden. di., condemnatos de falsitate litterarum apost., quos violenter servientibus apostolici carceris abstulerunt, omni dilatione cessante restituant. (*V.* 123, n. 7, *de cur.*; Daumet, n. 344.)

21 jul. (XII kal. aug.)

5152. — *Officiali Viennen.*, mand. ut diligenti informatione recepta de nominibus illorum qui dictam violentiam commiserunt, eis præfigat terminum infra quem apost. conspectui se præsentent. (*V.* 123, n. 8, *de cur.*; Daumet, n. 345.)

31 jul. (II kal. aug.)

5153. — *Campaniæ Maritimæque et Patrim. b. Petri in Tuscia rectoribus, ac Joanni Piscis, altarario basil. Princ. Apost. de Urbe*, mand. ut officium senatoriæ in Urbe ipsis per universitatem Urbis commissum gerere studeant usque ad adventum illius quem P. P. ad prædictum offic. exercendum duxerit deputandum. (*A.* 51, f. 346 v°; *V.* 124, n. 8, *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* II, n. 42.)

5 (non.) *aug.*

***5154.** — *Philippo de Chambarlaco*, archid. Ganden. in eccl. Tornacen., mand. ut ad comitatum Sabaudiæ et terras Humberti dalphini Viennen. se personaliter conferens omnia expressa in litteris per præfatum Humbertum et Aymonem comitem Sabaudiæ P. P. respective transmissis fideliter exsequatur; cum insertione earumd. litterarum per quas dicti principes petunt poni novos limites vel antiquos declarari in certis locis contentiosis. (*A.* 51, f. 346 v°; *V.* 124, n. 9 et 10, *de cur.*; Daumet, n. 355.)

Ut s.

5155. — Securus conductus pro *eodem archid.*, cui assignantur 3 flor. auri singulis diebus pro expensis suis eundo, morando, et redeundo, per archiep.os, ep.os et alias personas ecclesiasticas, exemptas et non exemptas, etiam ordinum militarium, solvendi. (*A.* 51, f. 350; *V.* 124, n. 11, *de cur.*; Daumet, n. 357.)

Ut s.

5156. — Prorogatio treugarum per P. P. indictarum inter nob. « Mathæum et Bertoldum, milites, natos quond. Neapolonis, militis, et Jordanum quond. Poncelli de Monte et Joannem ejusque fratres, natos quond. Francisci de Monte, ac Robertum, Nolan., et Bertoldum ac Guidonem comites Palatin. principales, et Joannem, comitem Anguillariæ, cæterosque de domo Ursinorum, ac Jacobum de Sabello, natos, consanguineos, amicos, terras, vassallos et... sequaces eorum..., et nobiles Stephanum de Columna militem, Stephanucium et Henricum et alios natos ejusdem Stephani militis, natos quoque dictorum Stephanucii et Henrici principales, et Ursum comitem

Datum *Avenione.*

Anguillariæ, cæterosque de domo Columnensium et ipsius Ursi natos, consanguineos, amicos, terras... et sequaces eorum, et adhærentes eisdem, cujuscumque status, ordinis, dignitatis aut conditionis existant, etiamsi quacumque pontificali præfulgeant dignitate, nec non inter omnes et singulos in Urbe ejusque districtu inimicitias habentes... usque ad triennium a fine treugarum per Bertrandum archiep.um Ebredunen. indictarum »; cum mandato pro publicatione ejusdem prorogationis. — In e. m. *Joanni, ep.o Anagnin., P. P. in Urbe vicario* (A. 51, f. 350; *V.* 132, n. 303; 124, n. 12, *de cur.*; Theiner, *Cod. dip.*, II, n. 43.)

12 (II id.) *aug.* **5157.** — Licentia ad Sedem Apost. redeundi conceditur *magistris Guigoni de s. Germano, Anicien., et Nicolao Capotiæ de Urbe, s. Audomari de s. Audomaro, Morinen. di., eccl. præpositis, apost. sedis nunciis,* dudum ad eccl. et provinciam Maguntin. destinatis. (*A.* 51, f. 351 v°; *V.* 124, 13, *de cur.*; Riezler 1895.)

13 (id.) *aug.* **5158.** — *Archiep.is, et ep.is, aliisque personis ecclesiast.* etiam militarium ordinum, exemptis et non exemptis, mand. ut præfatis nunciis ad Sed. Apost. revertentibus et cuilibet eorum singulis diebus 4 flor. auri assignent et de securo conductu liberaliter ipsis provideant. (*A.* 51, f. 352; *V.* 124, n. 14, *de cur.*)

5 (non.) *sept.* **5159.** — *Gasberto, archiep.o Arelaten., P. P. camerario,* mand. ut bona quond. Ademarii, ep.i Massilien., Joannis XXII thesaurarii, in quantum erunt necessaria pro complenda dispositione testamentaria ipsius quoad expensas funerarias, pias causas et remunerationes servitorum relaxet, et alia quæ superfuerint Joanni, ep.o Avenion., P. P. thesaur., faciat assignari; instante Bernardo Amelii, can Albien., ejusd. defuncti nep. (*A.* 51, f. 352 v°; *V.* 132, n. 251; 124, n. 16, *de cur.*; Daumet, n. 361.)

17 sept. (XV kal. oct.) **5160.** — *Archiep.o Argentinen.,* mand. contra quoscumque fabricatores et abusores litterarum apost. quarum copia transmittitur. (*A.* 51, f. 352; *V.* 124, n. 15, *de cur.*; Daumet, n. 363.)

15 (id.) *oct.* **5161.** — *Jacobo Canti de Gabrielibus, et Bosono Novello, de Eugubio,* committitur senatoria et regimen Urbis ad annum. (*V.* 132, n. 322; 123, n. 9, *de cur.*; Theiner., *Cod. Dipl.* II, n. 50.)

Ut s. **5162.** — *Eisdem Jacobo et Bosono* pro dictis senatoria et regimine deputatur salarium 6,000 flor. (*V.* 123, n. 10, *de cur.*; Theiner, *op. cit.* n. 51.)

Ut s. **5163.** — Mand. *populo Roman.* ut dictos Jacobum et Bosonum honorificentia condigna pertractent. (*V.* 123, n. 11, *de cur.*)

11 (III id.) *nov.* **5164.** — *Petro, s. Praxedis pr. card., et Bertrando, s. M. in Aquiro diac. card., Sed. Apost. nunciis ad regnum Franciæ destinatis,* mand. ut illis summis quæ uni ex cardinalibus legatis vel nunciis ad dictum regnum per eamd. Sed. transmissis exsolvi consueverunt contenti, processus per eos in quamplures prælatos majores summas solvere nolentes habitos et sententias promulgatas suspendant. (*A.* 51, f. 352 v°; *V.* 132, n. 348; 124, n. 17, *de cur.*; Daumet, n. 379.)

22 nov. (X kal. dec.) **5165.** — *Raimundo, abb. monast. de Pinna, Oscen. di.,* mand. ut in negotio correctionis et reformationis monast. Fontis Ebraudi, ad Rom. eccl. nullo medio pertin., Pictavien. di., et aliorum prioratuum atque locorum eid. monast. subjectorum, in quibus Joanni, abb. monast. Juncellen., Biterren. di., fuit adjunctus, apost. auct. solus procedat; nam eidem Joanni mandatur ut ad præsentiam P. P. se conferat, Sanctitatem suam informaturus de eis quæ per ipsos gesta sunt. (*A.* 51, f. 353 v°; *V.* 124, n. 18, *de cur.*; cf. n. 5047.)

28 nov. (IV kal. dec.) **5166.** — *Ad fut. rei mem.* Pœnaliter inhibetur ne quis moneat vel inducat scholares studii Tolosani ut aliquem doctorem vel magistrum audiant quem non essent aliter audituri. (*V.* 123, n. 12 *de cur.*; Daumet, n. 385.)

Datum *Avenione.*

23 dec. (x kal. jan.)

5167. — Committitur usque ad Sedis Apost. beneplacitum administratio in spiritualibus et temporalibus eccl. Regin., vac. per cessionem mag. Rolandi de Aste, can. Laudunen., P. P. cap., *abbati monast. s. Prosperi juxta Regium, Bartholino, archid. Regin., et Guidoni de Septemclericis, Lunen. di., jurisperito.* — In e. m. clero civit. et di. Regin.; capit. dictæ eccl.; universis vassallis. (*A.* 51, f. 353 v°; *V.* 124, n. 19, *de cur.*)

2 (IV non.) *jan. 1338.*

* **5168**. — Processus per P. P. habiti contra populum et communitatem civit. Bononien., si civitas debeat nuncupari, super atrocibus excessibus adversus Deum et Rom. Eccl. perpetratis, quos referre pudet, et si fieri posset præterire placeret. Referuntur per extensum iidem excessus. Dictus populus Bertrandum ep.um Ostien. in Lombardia legatum et in civit. Bononiæ, in castro per eum constructo residentem, per decem dies continuos tenuerunt obsessum, dictumque castrum expugnarunt, fossata ruperunt, ignemque posuerunt in aliquibus fortalitiis dicti castri, universaliter proclamantes : « *Moriatur legatus et illi de lingua Occana !* »; Oliverium Beraldi militem, vicemarescallum, ejusque officiales, palatio igni supposito, compedibus ferreis constrixerunt, tormentis seu quæstionibus sæpius affligentes; custodes portarum interfecerunt, marchionum Esten., Rom. Eccl. rebellium, auxilium invocantes; Bertrandum, archiep.um Ebredunen., tunc apost. sedis nuncium, et Petrum, Mirapiscen., ac Bertrandum, Bononien. ep.os, et quond. Bernardum, Nonantulan. Mutinen. di., et Jacobum, s. Stephani Bononien, monasteriorum abbates, omnesque prælatos et religiosos rebus omnibus spoliarunt; dictumque abbatem Nonantulæ usque ad femoralia nudaverunt, ipsumque decem diebus detinuerunt carceri mancipatum; episcopale quoque palatium Bononien. supposuerunt incendio, quamplures crudeliter occidendo; inter quos Bertrandus de Glar, famil. ep.i Bononien., « feritatis detestandæ sævitia evisceratus extitit, et per frustra concisus, ejus carnibus datis in escam canibus » etc. Sequitur citatio personalis adversus defensorem populi, potestatem, judices, capitaneum, barisellum, consiliarios, antianos, rectores, consules, artium ministrales, nec non Franciscum, ep.um Ceneten., Alamannum de Opicis, de Luca, militem, Tadhæum de Pepulis, L. D., Joannem et Jacobum, ejus filios, Joannem de Pepulis, Lipum de Pepulis, et alios innumeros cives seu incolas civit. ejusd., inter quos numerantur plures de Samaritanis, de Gozadinis, de Liazariis, de Azogudis, de Fromaginis, de Bonpetris, de Butrigariis, de Galuciis, de Beccadellis, de Guisleriis, de Azinellis, de Odofredis, de Suricis, de Thebaldis, de Primadiciis, de Bazaleriis, de Cazanimicis, de Ramponibus, de Bonacoctis, de Blanchis, de Papazonibus, de Pasipauperibus, de Guastavillanis, de Thiriadiis, de Dalphinis, de Bentivogliis, de Baldovinis, de Bazacomatribus, de Pretis, de Clarissimis, de Claris, de Albergatis, de Prindipartibus, de Gaurisendis, de Ricciis, de Ursis, de Ferrantis, de Bonbarone, de Magnanis, de Zambechariis, de Ottobonis, de Barateriis, et de Mezavillanis, etc. (*A.* 51, f. 355; *V.* 124, n. 20, *de cur.*; Theiner, *Cod. Dip.* II, n. 52.)

Ut s.

5169. — *Mediolanen. archiep.o* mand. ut publicet præinsertos processus contra Bononienses habitos. — In e. m. *Ravennaten. archiep.o.* — In e. m. *Florentin. et Imolen. epi.s, ac rectori Romandiolæ.* (*A.* 51, f. 359; *V.* 124, n. 21, 22, 23, *de cur.*; Theiner, *Cod. dip.* II, n. 53.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ CARDINALIUM A LATERE LEGATORUM

ANNI III (1337)[1]

23 *jun.* (IX kal. jul.)

5170. — *Petro, s. Praxedis pr., et Bertrando, s. M. in Aquiro, diac. card., Apost. Sedis nunciis,* committitur et mand. ut ad regna Franciæ et Angliæ se personaliter conferentes inter Philippum Franciæ et Eduardum Angliæ reges tractent pacis et concordiæ unitatem, utque possint dissolvere omnes pactiones, confœderationes et colligationes, juramentis seu alia firmitate vallatis, ab ipsis regibus seu aliis personis initas, per quas posset nutriri discordia et bonum pacis impediri. (*V.* 123, n. 1; Daumet, n. 305.)

Ut s.

5171. — *Eisdem cardinalibus* mand. ut reges ipsos, expositis eis incommodis quæ ex calamitate guerrarum poterunt verisimiliter evenire, ad pacem inclinent. (*V.* 123, n. 2; Daumet, n. 306.)

Ut s.

5172. — *Eisdem* committitur potestas censuram eccl. exercendi, ac certis modis aliis procedendi contra prælatos, reges, principes aliasque personas eccl. vel sæc., qui ipsis cardinalibus contradictores essent vel rebelles. (*V.* 123, n. 3; Daumet, n. 307.)

Ut s.

5173. — *Eisdem* conceditur ut possint indicere treugas inter reges prædictos ac adhærentes eis et valitores eorum, et in non servantes, excommunicationis, ac in terris eorum, interdicti sententias promulgare. (*V.* 123, n. 4; Daumet, n. 308.)

Ut s.

5174. — *Eisdem* conceditur ut possint relaxare pœnas et sententias supradictas, si contradictores et rebelles paruerint monitionibus, mandatis, et de contemptu satisfecerint, negotiorum prosecutione durante. (*V.* 123, n. 5; Daumet, n. 309.)

Ut s.

5175. — *Archiep.is, cæterisque prælatis,* ac personis eccl. regni Franciæ, mand. ut dictos cardinales benigne recipiant ipsisque pareant ac studiis oportunæ sollicitudinis diligenter assistant. — In e. m. *archiep.is, etc., regni Angliæ.* (*V.* 123, n. 6, 7; Daumet, n. 310.)

Ut s.

5176. — *Principibus, cæterisque nobilibus, ac universitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum regni Franciæ,* mand. ut dictis cardinalibus assistant auxiliis et consiliis oportunis et eorum exhortationibus acquiescant. — In e. m. *principibus, etc. regni Angliæ.* (*V.* 123, n. 8, 9; Daumet, n. 311.)

Ut s.

5177. — *Eisdem cardinalibus* conceditur ut statim ac Rom. curiam exiverint, super omnibus et singulis commissis eisdem perinde sit eorum perpetuata potestas ac si super illis processus habitus extitisset. (*V.* 123, n. 10; Daumet, n. 312.)

1. Bliss, *Papal lett.*, II, pp. 537, 538.

Datum *Avenione.*

23 jun. (IX kal. jul.)

5178. — *Eisdem* committitur et mand. ut prælatis ac principibus cæterisque personis eccl. et sæc., cujuscumque status vel dignitatis existant, in regno Angliæ præcipiant et expresse inhibeant ne regnum Franciæ invadere vel offendere præsumant. — In e. m. *universis prælatis, etc. regni Franciæ*, ne regnum Angliæ invadere, etc. (*V.* 123, n 11, 12; Daumet, n. 313.)

Ut s. **5179.** — *Eisdem* conceditur auctoritas convocandi prælatos ecclesiasticasque personas dictorum regnorum et eis injungendi quæ prosecutioni negotiorum suorum viderint utiliter convenire. (*V.* 123, n. 13; Daumet. n. 314.)

Ut s. **5180** — *Eisdem* conceditur ut per censuram eccl. et alias pœnas cohibere possint religiosos quoscumque ne in eorum prædicationibus aliqua dicere præsumant, per quæ pacis tractatus posset quomodolibet impediri. (*V.* 123, n. 14; Daumet, n. 315.)

Ut s. ***5181.** — *Eisdem* mand. ut Philippo, regi Franciæ, diligenter expositis gravaminibus et oppressionibus illatis ecclesiis ecclesiasticisque personis, tam per ipsum regem, quam per officiales, ministros, ac familiares ipsius, eumdem regem ut a prædictis gravaminibus et oppressionibus ipse suique officiales, ministri, ac familiares abstineant, studeant inducere et efficaciter exhortari. — I. e. m. *eisdem, pro rege Angliæ.* (*V.* 123, n. 15, 16; Daumet, n. 304.)

Ut s. ***5182.** — *Eisdem* mand. idem, quibusdam tamen aliis gravaminibus uberius designatis. (*V.* 123, n. 17.)

Ut s. **5183.** — *Eisdem* idem mand. ut in superiori prox., ipsisque committitur ut dictos officiales, ministros, familiares et subditos regios per censuram et alias pœnas ac sententias a prædictis oppressionibus compescere possint. (*V.* 123, n. 18.)

Ut s. **5184.** — *Eduardo, regi Angliæ,* mand. ut officiales et subditos suos ab oppressionibus inferendis personis ecclesiasticis faciat abstinere et super hoc acquiescat cardinalibus supradictis. (*V.* 123, n. 19.)

Ut s. **5185.** — *Eisdem cardinalibus* conceditur ut ipsi et familiares eorum cum personis majoris excommunicationis sententia innodatis participare possint, dummodo ex hoc negotiorum eis commissorum speretur prosecutio felicior provenire. (*V.* 123, n. 20; Daumet, n. 316.)

Ut s. **5186.** — *Archiep.is, cæterisque prælatis, ac personis eccl. ad quos præsentes litteræ pervenerint,* mand. ut dictos card. per partes eorum transitum facientes benigne recipiant, eisque provideant de securo conductu et evectionibus oportunis. (*V.* 123, n. 21; Daumet, n. 317.)

Ut s. **5187.** — *Eisdem card.* conceditur auctoritas recipiendi in regno Franciæ procurationes majores quas unus cardinalis legatus vel nuncius in dicto regno percipere consuevit. — Similis concessio pro *regno Angliæ.* (*V.* 123, n. 22, 23; Daumet, n. 318.)

Ut s. **5188.** — *Eisdem* conceditur potestas compellendi prælatos et alias personas eccl. ad providendum eorumdem cardinalium nunciis quos pro prædictis negotiis duxerint destinandos. (*V.* 123, n. 24; Daumet, n. 319.)

Ut s. **5189.** — *Eisdem* conceditur ut quoties ipsos vel ipsorum alterum in solemnibus collegiis et congregationibus publicis proponere contigerit verbum Dei possint audientibus vere pœnitentibus et confessis unum annum et XL dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxare. (*V.* 123, n. 25; Daumet, n. 320.)

Ut s. **5190.** — *Eisdem* conceditur ut quoties ipsos seu alterum ipsorum in missarum solemniis proponere vel in eorum præsentia per alium facere proponi contigerit verbum Dei possint unum annum et XL dies audientibus relaxare ut in superiori proxima. (*V.* 123, n. 26; Daumet, n. 321.)

Datum *Avenione.*	
23 jun. (IX kal. jul.)	**5191.** — *Eisdem* et eorum cuilibet conceditur ut possint divina officia celebrare vel facere celebrari in locis suppositis eccl. interdicto ad quæ ipsos contigerit declinare. (*V.* 123, n. 27; Daumet, n. 322.)
Ut s.	**5192.** — *Eisdem* conceditur ut possint celebrare vel facere celebrari missarum solemnia ante diem. (*V.* 123, n. 28; Daumet, n. 323.)
Ut s.	**5193.** — *Eisdem* conceditur ut possint pro personis suis eligere confessorem qui eorum confessione audita eisdem pro commissis pœnitentiam salutarem injungat, ac beneficium absolutionis impendat. (*V.* 123, n. 29, 30; Daumet, n. 324.)
Ut s.	**5194.** — *Petro, s. Praxedis pr. card.*, conceditur auctoritas quatuor clericis tabellionatus offic. concedendi. (*V.* 123, n. 34; Daumet, n. 326.)
Ut s.	**5195.** — *Bertrando, s. M. in Aquiro diac. card.*, conceditur similis gratia. (*V.* 123, n. 33; Daumet, n. 325.)
Ut s.	**5196.** — *Eisdem card.* conceditur auctoritas exercendi censuram eccl. contra injuriantes eis vel familiaribus eorumdem. (*V.* 123, n. 35; Daumet, n. 327.)
Ut s.	**5197.** — *Eisdem* conceditur auctoritas absolvendi juxta formam Eccl. incolas prædictorum regnorum ab injectione manuum in clericos. (*V.* 123, n. 36; Daumet, n. 328.)
Ut s.	**5198.** — *Eisdem* conceditur auctoritas commutandi vota cum personis regnorum prædictorum, exceptis votis religionis, continentiæ et Hierosolimitanæ, ac BB. Petri et Pauli, et Jacobi apostolorum peregrinationum (*V.* 123, n. 37; Daumet, n. 329.)
Ut s.	**5199.** — *Eisdem* conceditur auctoritas puniendi falsarios litterarum apost. (*V.* 123, n. 38; Daumet, n. 330.)
Ut s.	**5200.** — *Eisdem* conceditur auctoritas dispensandi super defectu natalium cum centum clericis horum regnorum de soluto genitis et soluta. (*V.* 123, n. 39.)
Ut s.	**5201.** — *Eisdem* sub certa forma conceditur auctoritas dispensandi cum x personis dictorum regnorum IV° consanguin. vel affin. gradu conjunctis. (*V.* 123, n. 40; Daumet, n. 331.)
Ut s.	**5202.** — *Eisdem* conceditur auctoritas dispensandi cum personis eccl. dictorum regnorum super irregularitate contracta, pro eo quod excommunicati ignoranter ordines receperunt, seu divina officia celebrarunt. (*V.* 123, n. 41; Daumet, n. 332.)
Ut s.	**5203.** — *Eisdem* conceditur auctoritas dispensandi cum personis sæcularibus et religiosis dictorum regnorum super irregularitate simili modo contracta. (*V.* 123, n. 42; Daumet, n. 333.)
Ut s.	**5204.** — *Eisdem* conceditur auctoritas dispensandi cum prælatis aliisque personis ecclesiast. dictorum regnorum super irregularitate quam contraxerunt ferendo in alios excom. sententiam sine scriptis, nec abstinendo a divinis. (*V.* 123, n. 43, Daumet, n. 334.)
14 (II id.) *jul.*	**5205.** — *Eisdem* conceditur ut eorum familiaribus semel in mortis articulo plenam peccatorum indulgentiam concedere possint. (*V.* 123, n. 31.)
Ut s.	**5206.** — *Eisdem* conceditur auctoritas conferendi vac. benef. capellanorum suorum commensal. cedentium vel decedentium personis idoneis. (*V.* 123, n. 32.)

APPENDICES AD TERTIUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1337 reperiuntur.

An. 1320-1337. **5207.** — Quaterni duo libri cujusdam collectoris in Francia, in quibus documenta aliquot transcribuntur, quæ privilegia per Sed. Apost. Cartusiensibus et hospitali de Altopassu, di. Noviomen., diversis temporibus concessa tangunt. — Sequuntur varia documenta quæ ad Noviomen. eccl. attinent, inter quæ sermo cujusdam ep.i Noviomen., in die canonicæ suæ intronisationis; et nomina prisionariorum existentium in prisionibus dom. Senonen., etc. (II Quaterni chart.; fol. XXXVII ad LXX.)

1337. **5208.** — Lettre en langue française de Jean Joubert, garde du sceau des châtellenies de Chairos, de Calays, de S. Germain et du Daurat (dioc. de Poitiers) pour Louis, duc de Bourbon, comte de Clermont et de la Marche, au maréchal du pape résidant à Avignon, au sujet d'un certain Rossea de Pampron, autrement dit Jean Belat. Cet homme, condamné à mort, fut gracié tandis qu'on le conduisait au supplice, sur la demande d'une fille, nommée Jeanne la Moiane, de Limoges, qu'il épousa ensuite. (Orig. scellé; parch.)

1337. **5209.** — Redditio rationum introituum ac expensarum et administrationis cujusdam prioratus Hierosolymitani in Hispania, in lingua vulgari scripta. (Quatern. chart. 10 fol.)

1337-1340. **5210.** — Catalogus cardinalium, episcoporum et abbatum Italicorum et Ultramontanorum, qui fortasse in Curia præsentes erant ab anno 1337 ad 1340. (Chart.; 2 fol.)

1337; 20 jan., 16 feb. **5211.** — Relatio executionis testamenti Ademarii, ep.i Massilien., et solutionis legatorum in ipso contentorum. Quæ relatio a Bernardo Amelii, U. J. prof., et dicti testam. exsecutore fit coram Pontio de Pereto, can. Carnoten., commissario apost. in di. Albien. Inter cætera dictus olim ep.us Massilien. dicitur legasse operi seu fabricæ eccl. Albien. 10 lib. turon. Hæc omnia fiunt apud Albiam. (Orig. perg. grand. lacer.; cf. n. 5159.)

27 jan. **5212.** — Benevenuti, ep.i Casertan., litteræ provisionis eccl. s. Marcelli de Villa Luriani, Casertan. di., favore abb. Laurentii de Milo, de Morton, post obit. abb. Nicolai de Ebulo, de Capua, die XXVII jan. defuncti. (Instr. chart.)

10 (IV id.) *feb.* **5213.** — Præsentatio citationis facta a fr. Guillelmo de Streguel, sacrista monast. de Rivopullo, O. S. B., Vicen. di., contra fr. Raimundum de Rippis, camerarium dicti monast., qui occupaverat redditus dictæ sacristiæ. (Orig. perg.; cf. n. 4013, 5226, 5249.)

15 mart. **5214.** — Gualterii de Brienna, ducis Athenarum, epistola qua ad Ben. XII mittit, per Jerusalem et Siciliæ regem, litteras quasdam interceptas archie.pi Theban. directas Frederico II de Aragonia, regi Insulæ Siciliæ, contra dictum ducem facientes, super terra quam ipse possidebat in regno. Supplicat insuper Pontificem ut confirmet processus Joannis XXII editos in sui favorem contra occupantes ejus bona. (Instr. orig. chart.)

Datum *Avenione.* *15* (id.) *mart.* **5215.** — Bened. XII litt. ad Hugonem Cornuti, decanum eccl. Rupeforten., Carnoten. di., thesaur. Patrim. B. Petri in Tuscia, ut quamdam pecuniarum summam persolvat thesaurariis Marchiae Anconitan., ducatus Spoletani et Romandiolæ pro certis negotiis eis commissis. (Orig. perg.)

30 mart. **5216.** — Rogerii de Vintrono, rectoris Beneventan., processus circa opportunitatem fortificationis castri papalis Beneventan., cum attestationibus magistrorum fabricatorum dicti castri. (Orig. chart.)

Datum *Avenione.* *28 apr.* (IV kal. maii.) **5217.** — Bened. XII bulla confirmationis sententiarum auditorum Palatii Apost. favore Woltberni Vredeberni, can. Bremen., contra Mauricium de Oldenborch, ejusd. eccl. can., super possessione præbendæ dict. eccl. per obit. Ottonis de Delmenherst vac. Quæ bulla, *archiep.o. Ebredunen., archid. Elnen., et scholast. Tullen.* exsecutoribus dirigitur. (Perg. grandiss.; Riezler, 1880.)

14 maii. **5218.** — Præsentatio litterarum Ben. XII directarum Guigoni de Illino, domino Fortis Montis, quibus Pontifex hortatur dictum Guigonem ad pacem iniendam cum archiep.o et capit. Viennen. (Orig. perg.)

15 jun. (Die Trinitatis.) **5219.** — Litteræ regis Bohemiæ et Caroli, marchionis Moraviæ, ejus filii, ad Galhardum de Carceribus, nuntium et collectorem apost., circa controversiam existentem inter ipsum et capit. Wlatislavien. ob solutionem denarii b. Petri, ad cujus controversiæ tractationem ejusd. Galhardi præsentia apud Pragam multum desideratur. (Orig. duo; chart. parv. Traces de cachets de cire rouge et noire au dos; Riezler, 1884 a, b.)

Cracoviæ. *18 jun.* **5220.** — Cazimiri, regis Poloniæ, litteræ quibus Galhardum de Carceribus, nuntium Apost. supplicat ut sententias excom. quas in cives Cracovien. tulit suspendere dignetur; attento quod dicti cives minime contumaces existunt; nam pecunias ad Cameram Apost. pertinentes integraliter persolverunt; de qua solutione in festo s. Jacobi prox. vent. probationem demonstrabunt. Dat. Cracoviæ, feria IV^a^ proxima post festum SS. Trinitatis. (Orig. chart. cum sigillo rub. cer.)

13 jul. **5221.** — Galhardi de Carceribus, nuntii et collectoris decimæ in Polonia, litteræ quibus Benedicto XII mittit quosdam rotulos negotia Cameræ Apost. tangentes. (Orig. perg.)

18 jul. * **5222.** — Citatio in causa vertente inter Bertrandum de Avellano, ord. Grandimonten., priorem domus de Garrigia, Agennen. di., ex parte una, et Guillelmum Viculi, cler. Petragoricen., ex altera, super quibusdam injuriis, etc. (Orig. perg. grand.)

6 aug. **5223.** — Instrum. notificationis processus a Rogerio de Vintrono, rectore Campaniæ et Maritimæ, facti contra Nicolaum Gaitani, comitem Fundorum, super restitutione redditiuum castrorum Sermineti et Bassiani, Terracinen. di., Rom. Eccl. in ultim. testamento a Francisco Gaitani, comite Fundorum, legatorum. (Orig. grand. perg.)

A 18 sept. ad 21 nov. **5224.** — Publicatio et acceptatio prorogationis treugarum indictarum a Bened. XII inter Ursinos et eorum sequaces, ex parte una, et Columnenses et eorum sequa-

ces, ex altera, ac omnes alios Romanos inimicitias habentes. (Orig. perg. grand.; cf. n. 5156, 5227.)

29 sept. **5225.** — Notificatur in loco Rocchæ Galeriæ, Jordano quond. Poncelli de filiis Ursi, prorogatio treugarum Bened. XII indictarum inter Ursinos, Columnenses et alios. (Instr. orig. perg.)

21 sept. **5226.** — Fr. Raymundus de Rippis, camerarius monast. Rivipulli, O. S. B., Vicen. di., constituit Petrum Moleres, rectorem eccl. de Salsis, Elnen. di., et Antonium de Colello, cler. Gerunden. di., procuratores suos in lite quam habet cum fr. Guillelmo de Streguel, sacrista ejusd. monast., super fructibus dictæ sacristiæ. (Instr. orig. perg.; cf. n. 4013, 5213, 5249.)

1, 5, 6 oct. **5227.** — Solemnis publicatio facta in diversis basilicis Urbis bullæ Bened. XII prorogantis treugas inter Columnenses et Ursinos ac alios Romanos inimicitias habentes, sub data non. aug. an. III indictæ. (Orig. perg. grand.; cf. n. 5156.)

26 oct. **5228.** — Notificatio facta in Roccha castri Palombariæ, Jacobo de Sabellis, prorogationis treugarum indictarum inter Columnenses, Ursinos et alios. (Orig. perg.)

29 oct. **5229.** — Instrumentum citationis factæ contra quosdam homines de Stella, di. Valentin., ex requisitione conservatoriæ privilegiorum scholarum Parisien., ob violationem dictorum privil. (Orig. perg.)

24 nov. **5230.** — Præsentatio facta Galhardo de Carceribus, collectori decimæ in regno Poloniæ, cujusdam quittationis a mag. Petro de Alvernia, olim collectore ejusd. decimæ in dicto regno, concessa quibusdam, et præsertim Nicolao, plebano de Oswensin. (Orig. perg. parv.; Theiner, *Mon. Pol.* I, n. 525.)

29 nov. **5231.** — Fr. Geraldi, generalis ministri ord. Min., epistola participationis et communionis orationum et suffragiorum omnium quæ fiunt in dicto ord. pro nob. Berengario Cotarelli, dom. de Camonte, ejus uxore et filiis. (Orig. perg. parv.)

Ut s. **5232.** — Similis littera ejusd. generalis favore eorumdem. (Orig. parv.)

Datum *Avenione.* *10* (IV id.) *dec.* **5233.** — Bened. XII bulla originalis, qua Guillelmum de s. Paulo, cler., jurisper. Vauren. di., deputat. thesaurarium civit. Beneventan. ejusque districtus usque ad Sed. Ap. beneplacitum. (Orig. perg.)

23 dec. **5234.** — Eleemosyna 150 fl. auri de mandato P.P. data fratribus Min. Montisfalconis, a Joanne Rigaldi, L. D., thesaur. ducat. Spoletani, pro domibus ab eis emptis in castro prædicto. (Orig. parv.)

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni 1337, prout in inventario Garampiano jacent [1].

28 feb. **5235.** — Actum consistoriale quo Bened. XII acceptat juramentum fidelitatis procuratorum Petri, Aragonum, Sardiniæ et Corsiæ regis, sub conditione tamen quod ipse rex mittat litteras suas bullatas bulla aurea pro ratificatione conventionum appositarum in infeudatione dictorum regnorum facta Jacobo, Aragonum regi, a Bonifacio VIII et quod abhinc ad proxim. festum Conversionis s. Pauli veniat ipse rex ad præstandum personaliter homagium Papæ. (Arm. xv, caps. xi, n. 7, p. 71.)

7 mart. **5236.** — Actum consistoriale in quo dicti procuratores exhibuerunt præfatas litteras aurea bulla bullatas. (Arm. xv, caps. xi, n. 7, p. 72 v°.)

15 mart. **5237.** — Homagium et juramentum fidelitatis præstitum Benedicto XII ab Humberto, Dalphino Viennen., pro castris de Crionis, de Mirabello et de Vinsobrio, Vasionen. di. (Arm. xv, caps. xi, n. 7, p. 74 v°.)

Ut s. **5238.** — Homagium et juramentum ejusd. Dalphini pro duabus partibus castri Rupisacutæ, pro castro Podii Hugonis, medietate jurium vassallaticorum quæ possidebat Hospitale s. Joannis Hierosolym. in castro de Novaysano a domino Montisalbani, pro territorio Albancaneri, tertia parte feudi territorii s. Andreæ de Esperanzano, et medietate Bastidæ s. Mauritii et de Boqueto, Aurasicen. et Vasionen. di. (Arm. xv, caps. xi, n. 7, f° 73 v°.)

Ut s. **5239.** — Bened. XII bulla ad Chanardum de Sabalhano, can. Riven., rectorem, et Bertrandum Senherii, sacristam eccl. Lombarien., thesaurarium Marchiæ Anconitan. pro custodia civitatum et castrorum dictæ provinciæ. (A. A. Instr.)

Ut s. **5240.** — Bened. XII bulla similis ad Raymundum de Pojolis, archid. Petragoricen., rectorem, et Joannem Rigaldi, can. Albien., thesaurarium ducatus Spoletan. (Ibid.)

Ut s. **5241.** — Bened. XII bulla similis ad Guillelmum Arnaldi de Querio, can. Conseranen., rectorem, et Stephanum Bernerii, rectorem eccl. de Gaulejaco, Sarlaten. di., thesaur. Romandiolæ. (Ibid.)

22 apr. **5242.** — Depositum cujusdam summæ arg. de redditibus di. Rigen., factum ab Everardo, mag. ord. Teutonici in Livonia, juxta mandatum P. P. (A.A. Instr.)

19 jun. **5243.** — Appellatio Galhardi de Carceribus, præp. Titulen., Colocen. di., nuntii Apost. in Polonia, adversus quosdam judices delegatos in causa vertente inter dictum nuntium et canonicos Wladislavien., debitores Cameræ Apost., pro administratione bonorum eccl. Wladislavien., vac. per obit. Henrici ep.i (A. A. Instr.)

2 oct. **5244.** — Actum consistoriale in quo nuntii Valrani, Colonien. archiep.i, exhibent Bened. XII litteras ejusdem archiep.i datas eod. anno, die 5ª sept., quibus se excusat quare non potuit personaliter comparere coram Pontifice, prout ipsi P. P. (per litteras xvi kal. aug. an. iiiᵒ) præceperat; quibus etiam producit causam fœderis initi ab Eduardo, rege Angliæ, et magnatibus Germaniæ cum Ludovico Bavaro adver-

1. Voyez l'appendice II de la 1re année, p. 217, et note 1.

sus Galliæ Regem, necnon causam invasionis territorii Colonien. Adsunt etiam ejusd. archiep.i litteræ ejusd. datæ, quibus se purgat a calumnia fœderis ab ipso, ut dicebatur, initi cum Ludovico Bavaro. (Arm. xv, caps. xi, n. 7, p. 77.)

20 oct. **5245.** — Actum consistoriale in quo Bened. XII absolvit Henricum, ducem Bavariæ inferioris, a censuris quas incurrerat ob adhæsionem Ludovico Bavaro. Dictus dux præstitit juramentum standi mandatis Ecclesiæ, mediante procuratore suo, fr. Gebardo de Ratispona, ord. Præd. (Arm. xv, caps. xi, n. 7, p. 75 v°.)

7 nov. **5246.** — Mandatum procuræ communis Januen. ad petendam a Bened. XII absolutionem propter adhæsionem Ludovico Bavaro et Vicecomitibus. (A. A. Instr.)

Ut s. [v]**5247.** — Instrum. autographum absque sigillo ubi civitas Albiganensis tres procuratores constituit ad petendam veniam a Bened. XII ob favorem Ludovico de Bavaria, Vicomitibus et Petro de Corbaria antipapæ præstitum, et absolutionem impetrandam. (Arm. ix, caps. ii, n. 2.)

2 (iv non.) *jan. 1338.* **5248.** — Bulla autographa Bened. XII qua Bononienses excommunicatione minitatur ob excessus commissos contra Bertrandum, Ostien. ep.um, Legatum Apost., et eos citat ad comparendum. (Arm. xv, caps. ix, n. 2; cf. n. 5168.)

III

Documenta quæ ad calcem Regesti Avenionensis LI, seu Benedicti XII anni tertii extant.

3 dec. 1336; 12 feb. 1337; 26 maii 1337. **5249.** — Attestationes et dicta testium productorum pro parte Guillelmi de Streguel, sacristæ majoris, ut asseruit, monast. s. M. de Rivopullo, O. S. B., Vicen. di., et examinatorum per Joannem de Amelio, Forojulien. archid., cler. Cameræ, et commissarium Gasberti, Arelaten. archiep.i, P. P. camerarii, in causa quæ vertitur inter ipsum Guillelmum, ex parte una, et procuratorem fiscalem prædicti P. P., ex altera, super sacristia prædicti monast., et fructibus ipsius. Dictus Guillelmus octo ponit articulos, quorum quidem notabilior est sequens : videlicet quod Raimundus de Ripis, qui in dicta sacristia se intrusit, erat generosus et potens, et de nobili progenie natus, et alias robustus, et talis cui dictus Guillelmus, qui plebeus est et simplex homo, resistere non auderet nec posset. Sequuntur depositiones septem testium. (*A.* 51, a f. 360 ad. f. 369; cf. De Loye, *Les Archives de la Chambre Apostolique*, p. 200; cf. n. 4013, 5213, 5226.)

An. 1336. **5250.** — Causa inquisitionis seu præventionis factæ in curia episcopali Avenion. contra Laurentium Burbacii, cler. Florentin., super « murtro », seu homicidio per ipsum et ejus complices commisso in personam cujusdam vocati Masani infra domum

hospitissæ, vocatæ Gaucelinæ, et certis aliis excessibus et delictis per eum perpetratis. Qui quidem Laurentius bis simpliciter et sine pondere levatus fuit in equuleo et nihil confessus fuit. Sequuntur (f° 378 v°) informationes per curiam marescalli Rom. Curiæ, et (f° 381) per curiam regiam Avenion., necnon per Guillelmum Lombardi, in hac causa P. P. commissarium, contra dictum Laurentium factæ, et defensiones ipsius Laurentii. Reliqua istius processus extant in sequenti reg. Aven. 52, f° 260 (infra, num. 6511) et in reg. 114, (Clem. VI, t. 59), a fol. 16, ad fol. 31. (*A.* 51, a f. 373 ad f. 596; De Loye, *Les Archives*, etc., p. 201.)

043101

28647

Benedictus XII - Lettres communes.

v. 1

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

28647